RERUM ITALICARUM

SCRIPTORES

RERUM ITALICARUM SCRIPTORES

RACCOLTA

DEGLI

STORICI ITALIANI

dal cinquecento al millecinquecento

ORDINATA

DA

L. A. MURATORI

+ + +

NUOVA EDIZIONE RIVEDUTA AMPLIATA E CORRETTA

CON LA DIREZIONE

DI

GIOSUE CARDUCCI - VITTORIO FIORINI

PIETRO FEDELE

+ +

TOMO VENTIDUESIMO

BOLOGNA - NICOLA ZANICHELLI

[Il *Tomo Ventiduesimo* della edizione originale ha la nota tipografica, MEDIOLANI, MDCCXXXIII. *Ex Typographia Societatis Palatinae in Regia Curia. Superiorum facultate*].

EMIN.^{MO} AC REV.^{MO} PRINCIPI

ANNIBALI ALBANO

S. R. E. CAMERARIO

ET CARD. AMPLISS.

CLEMENTIS XI

PONTIFICIS MAXIMI

FRATRIS FILIO

EPISCOPO SABINENSI

QUEM

DOMESTICO EXEMPLO AD VIRTUTES

EXCITATUM

UTINAM PAR ALIQUANDO PATRUI FORTUNA

COMITETUR

AD CHRISTIANI NOMINIS INCREMENTUM

MEDIOLANENSES PALATINI SOCI

IN DEDICATIONE TOMI XXII RER. ITALIC.

VOTUM L. D. S.

EMIN.^MO AC REV.^MO PRINCIPI

ANNIBALI ALBANO

S. R. E. CAMERARIO

ET CARD. AMPLISS.

ETC. ETC. ETC.

PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS

S. P. D.

INTER clarissima Virorum Principum nomina, quibus amplissimam seriem Scriptorum Italicorum ornavimus Palatini Socii Mediolanenses, splendet in XXII Tomo, quem hodie vulgamus, ALBANUM tuum, PRINCEPS EM.^ME, in dedicatione illius non sine ingenti gaudio celebratum ob gratam Sanctissimi Pontificis CLEMENTIS XI Patrui Tui memoriam, quae nostrorum plures ad privatam debendi causam revocabat, universos vero ad publicam doctrinae ipsius, et Christianae morum severitatis laudationem excitabat. Et sane si quis alius ad hoc persolvendum aliquando debitum anelabat, ego qui supra ceteros Pontificem Optim. Max., dum in vivis esset, beneficum liberalemque sensi, vitio mihi tribuebam diuturnitatem silentii, tempusque nimis anxie expectabam, quo publicitus memoriae nominis ejus grates referre possem humili debentis animi obsequio. Atque utinam vivo Sacratissimo Principe Patruo tuo opsus nostrum in vulgus exire potuisset: probasset utique studia nostra, et judicii sui splendidissima face viam ad altiora literatissimus homo aperuisset! At eo ad Superos evocato, ad Eminentiam Tuam convertitur officium nostrum, ad Te, inquam, in quem Patrui virtutes feliciter migrarunt, quique juvandis in dies Literatorum Hominum laboribus, liberalitate largitionum, et in edendis CLEMENTIS XI non morituris umquam sacris operibus ea, quae par erat, elegantia, opes larga manu in dies effundis, quique in amplissimo S. R. E. Camerarii munere, quo fungeris, Romanae Curiae Majestatem servas, et, ut libere dicam, non semel ab astu malitiaque perditorum hominum vindicasti. Sed neganti Tibi ob singularem modestiam tuam laudationi locum, offerimus hocce munus nullo verborum ornatu comtum, sed

ea simplicitate, qualem Scriptores historiae decet, qui veritatem sequuntur, non orationis figuras. Eo namque pacto gratiores futuros nos Eminentiae Tuae putamus. Et si generoso animo, quo soles, acceperis, ut enixe precamur, felicibus fortunatisque nobis ipsi plaudemus. Interim ego salutem, et fausta quaeque precatus, Sacram Purpuram Tuam humiliter exosculor. Vale.

Dabam Mediolani v Idus Julias Ann. Sal. MDCCXXXIII.

Il ventiduesimo volume dell'edizione palatina conteneva:

RERUM ITALICARUM SCRIPTORES

RACCOLTA

DEGLI

STORICI ITALIANI

dal cinquecento al millecinquecento

ORDINATA

DA

L. A. MURATORI

✢ ✢ ✢

NUOVA EDIZIONE RIVEDUTA AMPLIATA E CORRETTA

CON LA DIREZIONE

DI

GIOSUE CARDUCCI - VITTORIO FIORINI

PIETRO FEDELE

✢ ✢

TOMO XXII - PARTE I

(TRISTANO CARACCIOLO - OPUSCOLI STORICI)

BOLOGNA - NICOLA ZANICHELLI

TRISTANO CARACCIOLO

OPUSCOLI STORICI

EDITI E INEDITI

A CURA

DI

GIUSEPPE PALADINO

BOLOGNA - NICOLA ZANICHELLI

OPUSCOLI

DI

TRISTANO CARACCIOLO

I.

VITA DI GIOVANNA PRIMA REGINA DI NAPOLI

VITA JOANNAE PRIMAE NEAPOLIS REGINAE

PER TRISTANUM CARACCIOLUM

CREDO[1] equidem maxime de humana societate tunc bene mereri, cum quis innoxios ab iniuria contumeliisque, pro viribus, asserere conatur, et praecipue invalidos, et qui per se id efficere nequeunt, quorum primi vita functi merito censentur. Quod beneficium quanto maiori personae exhibetur, tanto honestius, quando nec ambitioni, neque adulationi inserviri cognoscitur, et illustrius, cum, magnitudinem nominis conviciis involuti extricando, falso id contigisse palam fiat. Mur., 7

Nuper ego cum in Joannis Boccacii librum forte inciderim, quem in *Mulierum illustrium* memoriam eloquentissimus ille et praecipue vernacula lingua ediderat[2], offendi ultimam illarum Joannam reginam cognomento primam, cui profecto, non ob merita, aut quod inferior aliis extiterit, eum locum tribuit, sed potius temporum ordini intendens, aut, quod magis arbitror, ut qui illam novissimam legerent, regalem illius vitam fidelius tenaciusque memoria ser'varent. Multum praeterea admirari coëgit, ex quo noverim qualis regina ipsa fuerit, et Mur., 8
quam diversus, vulgaris et falsus de ea rumor, per successionem traditus, nullo auctore aut monumento fultus, ad nos usque pervenerit. Et miserear, an potius rideam plerosque scriptores nominis et famae studiosos, qui inquieti per labores aerumnasque vitam impendent, ut per ora insipientium mendaciumque futili voce celebrentur? Quod praesenti facto clare liquet, veras huius reginae dotes a nemine recenseri, probra autem ac dedecora etiam humillima femina indigna in eam vulgo quotidie iactari. Erit ergo operae pretium, si bene laudabiliterque facta eius sparsim iacentia in unum colligam, ut iis munitus obviam ire pergam

---

1-2. *Così nei codd. A B P. C ha* Joannae I Reginae Neapolis Vita Tristani Caraccioli; MUR. Joannae I Reginae Neapolis Vita auctore Tristano Caracciolo — 3. MUR. *om.* maxime, *che è nei codd.* — 4. pro viribus *om. A* — 8. *Lez. di A*; *P ha* fiet *e così il* MUR. — 9. *Così A B P*; ego in .... cum forte *C e* MUR. — 10. MUR. *om.* et *che è nei codd.* — 13. ut *lez. di A, om. negli altri codd.* — 16. Miserear autem, arrideam potius MUR. *contro i codd.* — 17. qui inquieti labores, aerumnas et vitam impendant *P*; .... pendant MUR. — 18. *Il punto di interrogazione (?) manca nei mss., ma ci vuole per giustificare* miserear *e* rideam — 19. probra vero et dedecora MUR.

[1] Gli uomini — dice in sostanza il Caracc. — tendono a prestar fede più al male, che si racconta dei propri simili, che al bene, che ne andrebbe detto, e finiscono quindi col metterne in evidenza i vizi, anzichè le virtù, le quali vengono taciute. Persuaso di tale verità, egli si accinge a correggere i giudizi comunemente diffusi intorno alla regina Giovanna, facendone conoscere le buone qualità e l'opera lodevole spiegata a vantaggio dello Stato e dei sudditi.

[2] Per il *Liber de claris mulieribus* del Boccaccio, che il Caracc. dovette conoscere nell'edizione di Ulma del 1473, cf. L. TORRETTA nel Giorn. stor. della letter. ital., XXXIX, p. 252 sgg. e XL, p. 35 sgg., nonchè *Delle Donne famose* di GIOVANNI BOCCACCIO, traduz. di M. DONATO DEGLI ALBANZANI, 3ª ediz. curata da GIACOMO MANZONI, Bologna, Romagnoli, 1881. La *Vita di Giovanna*, che il Boccaccio lasciò interrotta, è a p. 384 sgg.

pervulgatae tamdiu insciorum maledicentiae, sperans qui audierint legerintve facile ab errore retrahi posse et reginam vitae et morum suorum reddere claritati.

Etsi rem difficilem mihi promittere sciam tam inveteratam opinionem aboleri posse, praesertim cum gratissime plerumque aliorum indecora facta audiantur, et, quamquam inique, libentius tamen quam laudes, accipi solere videmus, iuvabit tamen pro re honestissima laborare, etsi nequicquam crederem; sed profecto minime reor omnes adeo corrupti fore iudicii, MUR., 9 ut non existant qui malint, abactis erroribus, verum admittere et bono ali'cuius nomine, quam infami vituperatione iactari. Magnae profecto iniquitatis indicium erit sugillatione eius gaudere, a quo nec laesus unquam fuerit, nec laesum iri vereatur, atque piae mentis est laetitia affici purgatione nominis, quod falso crimine inquinatur.

Nolo enim multa tam mendosa de regina relata recensere, ne forte illis, qui nondum ea audierint, novus auctor sinistrae de illa opinionis fidem faciam, et forsan quae hactenus a maledicis obiecta delituerant, a me, occulere satagente, iis innotescant: quoniam plerumque usu devenire solet ut, cum turpe aliquid aut scelerosum auditur, minime perpenso verumne sit, deferendi, aut defendendi animo dictum, libenter admittatur, et ad obiiciendum quandoque reservetur. His praeteritis, properemus destinata persolvere, petita prius a reginae manibus venia et a lectore si quid indignum ea maiestate aut praesumptum, aut omissum sit, aut ineleganter barbareque scriptum, quorum alterum minime iniquo animo factum est, cum veri amor ad id me traxerit: alterum vero, qui me insaniae et praesumptionis damnare potuissent, dabunt officio defunctae charitatis veniam, etiam cum reprehensionis discrimine; et cum longe a facto distem, erit satis quae ab aliis acceperim recensere, et me a falso abstinere.

*
* *

Nata est Joanna a Carolo, incliti Roberti regis filio, et Calabriae duce (quae praerogativa est in regno successurorum) et Matilda Sancti Pauli comitis filia [1]. Seriem mortalium non longius quam a Carolo, qui, primus e Francorum gente, Apuliae, seu mavis Siciliae huic nostrae imperavit, ducam: nec ad Dardanum ascendam, ut aliqui ambitiose in francorum regum gratiam [2].

Carolus igitur, Ludovici Galliae regis germanus, cum operam se suisque dignam in hostes Ecclesiae pro illius quiete et auctoritate navasset, cumque, devicto et occiso Manfredo, qui, invita Ecclesia, Regnum usurpabat, metu eam liberasset, et eundem finem Conradino, qui ad ulciscendum patruum et Regnum occupandum venerat, dedisset, pro quibus, ut gratam se Ecclesia praestaret, Regnum Siciliae certis conditionibus illi concessit, quod legitima successione ad Johannam, de qua mentio fit, devenit. Siquidem ex Carolo hoc primo secundus

---

1. viderint legerintque *C e così pure il testo del* MUR. — 4. *Così nei codd.*; MUR. *ha* gravissime — 6. *Così nei codd. A e P.* MUR. *ha* nec quemquam - *C ha* esse *invece di* fore *e così pure il* MUR.; *ma il futuro è preferibile* — 9. nec laesionem vereatur *C seguito dal* MUR. - ac MUR. *invece di* atque — 10. *Nei mss.* quod falsa crimina inquinantur. *Ma un* inquinor, *al deponente, non è registrato dal Forcellini* — 11. mendose MUR. *come in P* — 12. audierunt MUR.; *ma il congiuntivo è preferibile* — 13. delituerunt *C seguito dal* MUR. - occulere *lez. del cod. C seguito dal* MUR.; *gli altri mss.* diluere — 14. scelestum *C, e il* MUR. *vi si uniforma* — 20. dabunt officio erga defunctam caritatis veniam MUR. *Ma i codd. hanno* defunctae *e P l'omette addirittura* — 24. *Lez. del cod. A*; successuri MUR. — 28. Ludovici *è una correzione marginale del cod. A, il quale ha nel testo, al pari degli altri mss.,* Philippi. *Il* MUR., *nel correggere la lezione che aveva innanzi, aggiunse* Sancti — 29-30. *P*: eamque, devicto et occiso Manfredo, metu liberasset, qui invita .... *E così il* MUR. — 31. *P aggiunge* sibi *a* occupandum *e così il* MUR. - *I mss. hanno* quorum, *ma il* MUR. *bene corresse* pro quibus

[1] Così in tutti i codd.. La perdita del ms. originale spiega l'errore, in cui qui e più sotto appare sia caduto il Caracc.. Probabilmente il nome di Matilde di San Paolo fu sostituito a quello di Maria di Valois, che era nell'autografo, da un copista, che intendeva adulare la famiglia francese dei conti di Saint-Pol. Cf. dello stesso Caracc. la *Genealogia di Carlo I d'Angiò*.

[2] Indubbiamente qui il Caracc. volle assestare una botta al Boccaccio, il quale, parlando degli antenati di Giovanna, risalì a Dardano.

nascitur, qui et ipse Robertum similiter regem genuit, patrem Caroli ducis Calabriae, qui, superstite patre, defunctus, Joannam, quam, ut dixi, ex Matilda susceperat, reliquit.

Cuius indolem dispiciens sagax avus Robertus rex, non defuit, ut bonus artifex providusque princeps, quod natura inchoasse videbatur, studio ac diligentia perficere. Itaque puellae comites altricesque dedit non modo ut mulierem bene honesteque instruere possent, sed ut optimam reginam efficere valerent. Quippe aderant qui fidei christianae monita et mandata illam avide discentem docerent, nec deerant ex senioribus aulae regisque amicis, qui maiorum dicta factaque praeclara suggererent, ab avo ad hoc dati comites, ut praeceptis et exemplis ad illos imitandos hortarentur, et auctoritate vero et reverentia, tamquam senis avi spectati amici fidiqui, ab omni non modo re aut regi indecenti gestu, sed etiam verbis iocisque, nisi castigatis, eam averterent.

Astante igitur puella, nihil dici aut fieri, unde inhonestum aliquid sumi potuisset, permittebant. Quae attendens audiensque, pro recta vi'vendi regula puella sumebat. MUR., 10

Sine principibus feminis castarumque matronarum societate visa est nunquam. Aderant et moniales, quas " sanctimoniales " nunc vocamus, quas ad hoc rex, impetrata a pontificibus venia, claustris evocaverat, ut essent quae divinis officiis christianisque cerimoniis caste pureque neptem instruerent, et ut fomitem illum malarum cogitationum actuumque pessimorum, scilicet otium, evellerent et extinguerent [1].

Cum salutantium officiis principibusque matronis se subduceret, magistras petebat, quae illam aurum vestibus et linteis inducere monstrabant, et in huiusmodi mille artes, non ad servilem usum aut quaestuarium, sed ad honestas mentis manusque occupationes, impendere, regium ducebat. Saepe, ut victrix, arma certaminis quibus vicerat, opera videlicet serica, bambacina, aurea suis manibus elaborata sanctorum sacellis et praecipue Virginis Dei Matris Mariae dedicabat [2]. Nere ac suere cum aequalibus principum filiabus, quae una educabantur, non dedignabatur, et superasse iuveniliter exultabat. Minimeque in suo comitatu videre erat os fucatum, cerussa aut purpura, pigmentisque ullis illitum, aut adulterinum crinem de mortui alicuius cranio exemptum.

Curabat avus, princeps sagacissimus, postquam mente perceperat fore illam dignam sibi heredem, familiae decus et regni columen, ut proceres regni scite admitteret illosque audiret, auditisque respondere commode per aetatem posset. In tantum suis moribus et gestis sibi placebat rex, ut saepe oratores et regum et populorum, qui ad se venerant, ad neptem salutandam mitteret, tum ut illi auctoritatem daret, cum ut ostenderet legatis destinasse omnino

---

3. *Lez. di tutti i mss., salvo C, seguito dal* MUR., *che ha* inspiciens — 6-7. Et mandata *om. C e* MUR. — 8. praeclara *om.* MUR. — 9. MUR. *om.* et *prima di* auctoritate, *che invece è necessario* — 10. MUR. *om.* ab omni *e poi* etiam — 11. *I mss. hanno* castigantes, *che non dà senso, e il* MUR. *con molta libertà corresse*: sed verbis iocisque, cum opus esset, etiam castigantes; *la lez. da noi proposta è di gran lunga preferibile* — 12. inhoneste *A e P* — 14. Sic sine *C* - *Il* MUR. *corresse tutta la frase*: sic sine principibus feminis, sed castarum matronarum societati fisa est, *che dà tutt'altro senso e ad ogni modo è contro i mss.* — 14-15. aderant et sacerdotes quos *P* - *Il* MUR. *attacca* nunquam, *da lui corretto in* nonnunquam, *a* aderant; *ma è un procedere arbitrario* — 15. eas ad hoc *P e* MUR. — 16. MUR. *aggiunge* e *a* claustris — 20. *Lez. del cod. C. Gli altri mss. hanno*: aurum vestibus et linteis induere monstrabant. *Il* MUR. *corresse* aurum *in* avum. *Ma col verbo* inducere *la frase è chiara e significa* ricamare in oro — 21. *Il* MUR. *corresse* impendere, *mentre i codd. hanno* excellere — 22. Et saepe MUR. - arma *om.* MUR. — 23. *P e* MUR. sigillis *invece di* sacellis — 26. aliis MUR. - mortuo *P e* MUR. — 31. nepotem MUR. — 32. tam .... quam *C, seguito dal* MUR.

[1] Anche Domenico da Gravina (ediz. SORBELLI in questa ristampa Muratoriana) attesta che la futura regina fu educata *in forma castitatis et tocius disciplinae et virtutis* (p. 4). A torto quindi il De Blasiis (*Le case dei principi angioini nella piazza di Castelnuovo* in *Racconti di storia napoletana*, Napoli, 1908, p. 214) afferma, contro anche la testimonianza del Caracc., e sulla falsariga delle malignità del Boccaccio, che i contemporanei non si accorsero di tutta quella *santocchieria*.

[2] Nelle collezioni del Museo di San Martino in Napoli esiste ancora una Testa del Salvatore lavorata a ricamo, che per tradizione si credeva opera della regina Giovanna, da lei donata ai Certosini. L. CATALANI, *Discorsi sui monumenti patrii*, Napoli, 1842, p. 68. Ma si tratta di lavoro tutto al più della fine del sec. XVI se non del XVII addirittura.

illius successionem, et per illos nosceretur multis in orbis provinciis et regnis qualem successorem habiturus esset, qui super aetatem et sexum saperet et colloqueretur.

Itaque candidae adolescentis mores perspicuumque ingenium immaturam Caroli patris mortem tolerabiliorem minusque dolorificam avo regi fecerant, cernenti superesse filiam cuius et prudentia, et animi vigore bene moderandi regni certam spem praesumeret.

Quare non temere qui illam vestire curarent, non infimo genere, et illiberalibus moribus, sed spectatos viros esse voluit vitaeque honestate probatos. Indumenta regalia quidem illi, praecipue cum aula prodiret, proprio avitoque more formata, ne quid subditi aemulari ad luxum possent, gestare passus est. Et ut nihil ad formandam optimam reginam in nepte heredeque sua deesset, honestum dedit famulitium, cui praeesse voluit et auctoritatis et prudentiae summae virum, cui obtemperare deberent et nobiles, et procerum filii.

Qui vero caenanti aderant, praeter ingenuos [1], nulli astabant. Is, qui manibus aquam daret, aut equestris erat, aut equestri maior [2]. Similiter qui dapes inferrent et praegustarent. Quin et pocillatores summam diligentiae fidem in suo officio servabant, ne veneficio, aut maleficio puella laedi posset.

Caenantem eam domusmaior attente observabat ne iuvencula quid avidius manducaret aut procacius posceret, quorum si quid deprehendisset, minime coram, ne regiam indolem obtunderet, arguebat, sed secreto monebat, ne quid tale post haec admitteret, utpote rem
Mur., 11 indecoram et avo regi peringratam. Quod 'non iterum reprehendere opus erat, cum primum emendatam se ostenderet.

Inerat avo maxima educationis cura, et, cum pro moribus et gloria nihil praetermitteret, salubritatis incolumitatisque non minorem diligentiam adhibebat, quam peritissimis accersitis medicis demandaverat; quibus etiam imposuerat ut caenanti prandentive semper assisterent, diligenterque caverent, ne quid illi apponeretur male aut insalubriter paratum, aut structum sordide; quin etiam munditiae consulerent, et nihil inexploratum, sed praegustatum per ministrorum manus inferrent, ex quibus ea tantum sumeret, quae et valetudini et formae conducere magis censebant. Nec citerior erat potus censura parsimonia victus; et modestiae, cui tenella assueverat, non parum addidit iam adulta [3].

Plurimum autem iam respondebat regina curae et desiderio regis de se habitis, adeo ut praegaudio ille se minime continere valeret, quin enarrare non inhonestum, sed gloriosum sibi duceret egregios neptis mores in conventu procerum et oratorum. Et laudum praecipua erat assiduitas et observantia, quam circa se ipsum in mandatis monitisque praestabat, usque adeo ut, cum iuvenis et femina esset aetatis et sexus lubricitate circumplexa, nihil iucundum esset, nisi cum avo rem gratam fecisset; cuius rei argumentum hinc maximum sumi potest, quando illi oboedire nec mortuo quidem recusavit.

Caverat enim rex moriens testamento [4] Andreae, Ludovici Pannoniae regis fratri, matri-

---

2. quae *C*, *seguito dal* Mur. - supra Mur. — 3. Mur. *corresse* candidi — 4. *Lez. dei codd. A e B*; *P e C hanno* dolorosam *e così il* Mur. - superasse *P e* Mur. — 6. nec.... nec *C*, *seguito dal* Mur. — 8. nec *C*, *seguito dal* Mur.; *correggo in* quid *il* quod *dei mss. e del* Mur. — 12. conventui Mur., *correz. di* conventi, *che si legge in C* — 13. equestris ordinis Mur. — 14. pocillatores *lez. del cod. A*; poculatores *P C e* Mur. — 18. secrete *P e* Mur. — 19. Cuius *P e* Mur. - primo *P e* Mur. — 23. vel prandenti Mur. — 27. maxime Mur. - citerior *lez. del cod. P*; Mur. *ha* minor; *gli altri mss.* liberior — 32. et *om.* Mur.

[1] *Ingenui*, propriamente *nati liberi*, ma qui sta per *nobili di antica origine*.

[2] *Equestris* ed *equestri maior* indicavano rispettivamente — come è probabile — i "valletti" e i "cavalieri" di nobile famiglia, che formavano in Napoli i "seggi" di Capuana e di Nido. M. Schipa, *Contese sociali napoletane nel Medioevo*, in Arch. stor. per le prov. nap., XXXI-XXXIII (1906-1908) e *Nobili e popolani in Napoli nel Medioevo in rapporto all'amministrazione municipale*, in Arch. stor. Ital., ser. VII, vol. 3° (1925).

[3] L'espressione sembra esagerata anche al recente biografo di Giovanna, E. Léonard, *Histoire de Jeanne Ire reine de Naples comtesse de Provence* (1343-1382). *La jeunesse de la reine Jeanne*, Monaco-Paris, 1932, I, p. 169.

[4] Re Roberto non stabilì "per testamento" che la nipote sposasse Andrea d'Ungheria per la semplice ragione che le nozze erano avvenute, lui vivente, il 26

monio illam iungi, ipsius Roberti ex fratre abnepoti, siquidem Caroli eius germani Hungariae regis nepos ex filio item Carolo fuerat ex ornatissima francorum regum sobole, quae, etiam si quid gallicum adduxerat moris, apud nos exuerat. Andreas vero barbaricos mores feritatemque pannonicam penitus imbiberat, quam et coelum et educatio suggesserant, praevaluerantque modestiae et humanitati maiorum; quippe ut unico documento describam ex Christianissimo non tantum nomine, sed vita magis Carolo secundo rege originem ducebat, qui modestia, pietate, humanitate caeterisque virtutibus fuit inter christianos excellentissimus.

Puderet profecto me aliquid de rege ipso indignum loqui, cui etsi non male actae vitae personae tamen et generi deferendum erat. Sed quoniam ad reginae famam, quam tueri decrevimus, facit, qualem Franciscus Petrarca, vir insignis et par tempestatis illius, deplorans Regni infelicitatem, ad Joannem Columnam scribit, " in Roberti regis solio, qui unicum " aetatis suae decus extiterat, aeternum dedecus Andreas iste nunc sedet " [1]; haec dicta in argumentum obsequii reginae, quae praeelegit testamento avi parere, quam vera de Andreae moribus deferentes auscultare, et se tot discriminibus et periculis subtrahere, quibus stultorum impiorumque uxores subiacent.

Suscepit ergo avita regna post illius mortem non modo citra tumultum aut bellum, sed ingenti procerum populorumque laetitia, qui eam non secus ac filiam amplexati et prosecuti sunt. Quin et Italiae principes populique oratores ad eam miserunt, qui eorum nomine de avi morte consolarentur deque regni adeptione, et, cum laeti gaudentesque regnare tanti regis neptem audierint, illam certiorem facerent pro illius statu et augumento vires suas paratas promptasque habere, atque ut illis, oblata opportunitate, pro suis uti vellet orarent. MUR., 12

Interea summa prudentia suam rem regnumque stabilire adorta, nihil antiquius duxit, quam Sedem Apostolicam sibi benevolam reddere, et officiis obsequioque demereri. Et ne defectu amicorum despectui et contemptui esset etiam viro, tamquam femina sola, mox ex gentilibus propinquisque spectatos viros, ex eodem quo ipsa oriundos rege, praemiis et honoribus prius donatos, ascivit. Et brevi quae inde despicabilis habebatur, formidabilem se reddidit, tot tantisque regiis viris et strenuis et artibus avi peritis vallata, quibus in omni rerum administratione frequenter uti statuit. Itaque ex illis neminem abrogavit aut re aliqua diminuit in tot provinciis ac tam variis nationibus. Quippe non solum Regno sed et Narbonensi provinciae, Massiliae et Avenioni, egregiis civitatibus, moderabatur, et, veluti avorum apponi titulis solitum, Pedimontem et Forcarquerium possidebat, quas singulas per magistratus iustitia integritateque insignes, qui et mores et linguas sibi commissorum probe callebant, regebat. Adeo bene rei consultum est, ut quiete otioseque degerent omnes et ab iniuria se finesque tuerentur, etsi ingentium virium accolas haberet.

Haec tam prudenter ordinata firma mansere usque in adventum Andreae coniugis; at aliquantis post diebus fortuna exercere eam ad mortem usque cepit, cui primum feritatem

---

3. gallicani MUR. - advexerat *P* — 16. et MUR. *in luogo di* aut — 17. persecuti MUR. — 19. et *om.* MUR. — 22. interim MUR. - anxius *C*; antiquius *gli altri codd. e* MUR. — 27. *Dopo* viris *si ha nel cod. A*: et languens sibi iuventus, *che non saprei a che cosa attaccare*; tot tantisque strenuis peritisque viris stipata MUR. — 31. tabulis *C, seguito dal* MUR. — 35. usque *om.* MUR. — 36. *Lez. del cod. C, seguito dal* MUR. *Negli altri mss. il passo è variamente riportato, ma nessuna lez. dà senso*: et post aliquantisper dum *P*; et post aliquantum per eum *A*; et post aliquantis pendula fortuna *B*

settembre 1333. Cf. dello stesso Caracc. la *Genealogia di Carlo I d'Angiò*. Vero è che il matrimonio fu consumato dopo la morte del Re. LÉONARD, *op. cit.*, p. 221 e n. 2.

[1] Le parole del Petrarca nella lettera a Giovanni Colonna (*De rebus familiaribus*, V, 3) suonano così: "In illius Roberti serenissimi nuper regis locum, quod "unum decus aetatis nostrae fuerat, aeternum dedecus "*Robertus* iste surrexit ", dove si vede che il poeta si scaglia non contro Andrea, come vorrebbe far credere il Caracc., ma contro fra Roberto di Mileto. Cf. F. FORCELLINI, *L'horrendum tripes animal della lett. 3ª, libr. V delle* Familiari *del Petrarca*, in Studi di Storia Napoletana in onore di Michelangelo Schipa, Napoli, 1926, 167 sgg.. Altrove il Caracc. affibbierà ad Andrea l'epiteto di " monstrum ", attribuito dal Petrarca allo stesso fra Roberto. Ma forse il nostro scrittore era in buona fede.

barbariemque obiecit. Etenim magnos eiusdem gentis viros, quos regina in sui praesidium et pudicitiae famam ad se attraxerat, aula exigere conabatur, sperans, tam fidis necessariis nudata uxore, illam Regnumque suis abuti moribus. Quod cum Dyrrachii dux eiusque filii [1] hac de re et de peiori in suspicionem venissent, e medio illum tollere curaverunt. Quinimmo idem de regina et de se futurum causabantur, brevi imminente procurato iam eorum exilio et instanter.

Interemptus est Andreas anno universae salutis 1345 et sepultus Neapoli in aedicula Sancti Ludovici, contigua aedi maximae, cura et expensis Ursuli Minutuli equitis et canonici neapolitani [2].

Turbatis igitur Andreae vita et morte rebus, regina, noscens Ludovicum Hungariae regem, occisi germanum, ad ulciscendam eius mortem se accingere, et regnicolarum partem metu advenientis Ludovici, partem novarum rerum cupiditate, a se defecturos, oratores ad Ludovicum, qui illam facinore purgarent, et rem reique causam enarrarent, destinavit, quos minime admisit sed abire iussit: se mox effecturum ut ab ea non rationem facti, sed debitas poenas exigeret. Sciebat etiam pontificem Hungaro favere adventumque illius et benedictionibus et sumptibus procurare. Quare ne vidua infamiae et maledicentiae se subiiceret, et multorum principum, qui illam coniugio exposcebant, repulsa odium incurreret in seque irritaret, iungere se Ludovico, principi Tarentino patrueli, a quo se tutam praestaret, visum est.

Sed postquam adventantis hostis viribus se impares cognoverunt, ne reges periclitarentur, Regnumque direptionibus, excursionibus et caedibus vastaretur, illud ad tempus relinquere decreverunt. Accersitis a Massilia triremibus, una cum viro in Provinciam secessit, cavens prius ne adventanti Hungarorum regi quisquam se opponeret, et civitas nulla foret, quae illi
Mur., 13 portas clauderet, aut obsideri se permitteret. Denique ut Regnum' omne in unius dominio perstaret, idem arcium praefectis servare praecepit, neminemque detrimento aut iniuria occasione sui affici voluerunt, ut redeuntes, quod maxime sperabant, Regnum non modo non laceratum despoliatumque offenderent, sed ne deterius quidem quam reliquerant efficerent.

Brevi post eorum discessum Ludovicus rex adfuit cum ingenti Hungarorum exercitu, neminemque, qui sibi obviaret, invenit. Aversam tandem pervenit, nullo nec audito, nec viso hoste, cuius etiam, ut ceterarum civitatum, portae patuere. Dyrrachii ducem reliquosque, qui reginam minime sequi voluerunt, cum obviam regi officii causa processissent, pariter cepit; moxque ducem securi percuti iussit eodem, quo Andream germanum pependisse no-

---

3. Mur. *corregge* illa regnoque, *ma l'accusativo può stare* — 4-5. *Nel cod. C manca l'intero passo da* Quinimmo *a* exilio; Quinimmo curassent idem de regina et de se.... futurum causabuntur brevi immense procurato iam eorum exilio Mur., *il quale ritenne che il passo fosse giunto a noi mutilo. Togliendo alla lez. dei migliori codd. il* curassent (*ripetizione di* curaverunt) *tutto va nel migliore dei modi possibili* — 7. Aversae anno *C, seguito dal* Mur. - universae *om.* Mur. - ecclesia *C seguito dal* Mur. — 11. occisi germani ad ulciscendum mortem Mur. — 11-12. *Lez. del cod. C seguito dal* Mur. *preferibile a quella degli altri mss., che om. la frase* partem metu advenientis Ludovici — 13. eique *C seguito dal* Mur. — 14. seque Mur. — 16. obiiceret *C seguito dal* Mur. — 19. Mur. agnoverunt — 20. excursionibus *om.* Mur. — 23-24. *Nel cod. C manca il passo da* Denique *a* idem — 24-26. idem arcium praefectos servare iussit.... afficere voluit, ut rediens.... sperabat.... offenderet.... reliquerat.... efficeret Mur. — 27. abitum *C seguito dal* Mur.

[1] Il duca di Durazzo, Carlo, non ebbe figli maschi, salvo uno morto in fasce (cf. *Genealogia di Carlo I d'Angiò*). Del resto non a lui, ma a Luigi di Taranto, sembra debba attribuirsi l'iniziativa della soppressione di Andrea. Léonard, I, 481-2.

[2] Orso, o Orsolo, o Orsillo Minutolo, nobile napoletano e canonico del Duomo, fece deporre il cadavere di Andrea nella cappella di san Luigi nel Duomo stesso: più tardi Francesco Terzo Capece, figlio di Berardo, abate di Mirabella, imitando la generosità di Orsillo, eresse allo sventurato giovane un modesto sepolcro marmoreo, mettendovi la seguente iscrizione: "Andreae Caroli Uberti Pannoniae regis f. | Neapolitanor. regi | Joannae uxoris dolo et laqueo necato | Ursi Minutuli pietate hic recondito | Ne regis corpus insepultum sepultumve facinus | Posteris remaneret Franciscus Berardi f. Capycius | Sepulcrum titulum nomenq. | P. | Mortuo annor. xix | MCCCXLV | xiv kl. octob.„. Cf. *Nobiltà et antichità della famiglia Capece*, Napoli, 1687; G. Capecelatro, *De antiquitate et varia Capyciorum fortuna*, Napoli, 1830, p. 54; L. De la Ville sur Yllon, *Tombe reali nel Duomo di Napoli*, in Napoli nobilissima, IV (1895), p. 168; E. Léonard, *op. cit.*

verat, loco. Reliquos arctissime vinctos in carcere habuit, donec in Hungariam similiter mitteret.

Quo et misisse etiam ferunt puerum, Carolum nomine, quem Joanna ex Andrea conceperat, et post illius necem pepererat, ubi citissime moritur. Et quoniam sunt qui reginam nunquam peperisse autumant, operae pretium erit edere diem puerperii, quemadmodum apud quemdam aequalem fere temporum illorum scripta, quae ut brevia sunt, sic vera existimo, inveni, cuius verba talia sunt: " Ex dictis Andrea vocato rege et Joanna regina natus est " unicus filius, vocatus Carolus Martellus; natus est post mortem patris die natalis Domini, " et mortuus est sine herede „. Idem auctor alibi dixerat occisum Andream mense septembris et patruum misisse puerum Carolum in Hungariam ibique parum vixisse [1].

Aversa movens Ludovicus Neapolim pacate adiit, arcemque, uti regina discedens mandaverat, incunctanter praefectus illi tradidit.

Regina autem ex quo Massiliam applicuit, nihil antiquius duxit, quam pontifici maximo, tunc Avenione degenti, reliquisque christianae religionis patribus se purgare; quod profecto arduum laboriosumque extitit, tum ob receptam pessimam de illa famam, tum ob praeteriti pontificis in eam odium atque regis Hungari favorem. Et non parum illi oberat despicabilem eam fore, quod Regno eiectam exulumque viderent subsidium mendicantem. Hos tot tamque robustos obices diligentia et morum vitaeque probitate perfregit. Adeoque apud Romanam sedem insontem se probavit, ut pontifex Ludovico, Hungariae regi, sub censuris mandaverit Siciliae Regno abire statim, illudque Joannae et Ludovico eius viro, quibus Ecclesiae concessio adstipulabatur, libere possidendum relinqueret.

Post cuius discessum Joannam cum viro Ludovico Neapolim per apostolicum legatum coronandam remisit. Ubi ingenti procerum populorumque, praecipue Neapolis, gaudio et frequenti multitudine, praesertim in ipsa coronationis pompa celebritate suscepta, coronam illis imposuit Clementis papae legatus loco, ubi rei monumentum extat, ecclesia Spinae Coronae, cui adhaerent aedes amplae regiaeque, tunc principum habitationi constructae. Haec salutis anno 1350 acta sunt [2].

Magna dehinc prudentia animiqui vigore Regnum tot malis turbinibusque labefactatum instaurare adorta, deletis latronibus et sicariis, ut in pristinam quietem reformaret, id brevi effecit; facinus ferme magnum et gloriosum, quod non modo feminae reginae, sed Roberto avo regi arduum et difficile extitisset.

Nec minori ani'mi clementia, vigore et munificentia Joanna usa est erga eos, qui in se MUR., 14
deliquerant, hostisque sui legatos aut participes cognoverat; quorum neminem aut iniuriis, aut detrimento affecit, quin potius non modo indemnes sivit, sed honoribus aut donis auxit. Qui vero adversam eius fortunam doluerant, aut secuti fuerant, praemia ampla, amissisque bonis ampliores compensationes acceperunt: redierat enim iniuriarum oblita, beneficiorum maxime memor.

Satis mirari profecto nequeo, unde emanaverit, reginam multorum civium nostrorum odio laborasse, cum liquidissime constet neminem ante se principum liberalius benigniusque

---

7. natus est *om.* MUR. — 9-10. Septembri *A* — 11. pacate *om.* MUR. — 13. anxius *C*; antiquius habuit MUR. — 17. mendicare *C seguito dal* MUR. - tantosque *C seguito dal* MUR. — 18. adeo enim MUR. — 19. Ludovico *om.* MUR. — 24. et celebritate MUR., *che om.* suscepta — 25. illi *C seguito dal* MUR. - *C aggiunge* sexti *e così pure il* MUR. — 29. exactis *B*; extinctis *C seguito dal* MUR. — 33. hostisque sui *lezione del* MUR.; maloque suo *A C* — 34. dimisit MUR. — 36. *Lez. del cod. C, seguito dal* MUR. *Gli altri mss.* ceperunt

[1] Donde il Caracc. ricavò la testimonianza? Della nascita di Carlo Martello i cronisti contemporanei parlano su per giù negli stessi termini. Credo che qui, come altrove, il nostro a. abbia raffazzonato secondo il suo stile la notizia trovata nelle fonti del tempo. Oppure si tratta di qualche scrittura a noi ignota.

[2] La incoronazione avvenne nel palazzo dei principi di Taranto e ivi presso Giovanna fece costruire la chiesa poi detta dell'Incoronata. La data della cerimonia indicata dal Caracc. è però inesatta, essendo avvenuta nel 1352 il giorno di Pentecoste (26 maggio). Cf. *Genealogia di Carlo I d'Angiò*.

nobiscum egisse. Etsi extiterint qui singulares aliquos ampliore censu ditaverint, nemo tamen multiplicitate salariorum eam aequavit. Verum erant moderata, ut pluribus sufficere possent; praefinita enim erat summa, quam accepturus esset auratus eques, et aliquanto ea minor, quam eques minime auro insignitus [1].

Magnitudinem eius, quod in hac magnificentia erogabatur, suppudet referre, ne forte redarguerer, quod fiscus nequaquam sufficiens videretur, ingruentibus necessariis tot aliis expensis.

Civitatem hanc frequentatiorem non alias, quam sub ipsa regina, accepimus: mercantium navium concursus nunquam crebrior tutiorque quam in sua ditione et fide. Felicitatis Regni affectio et cura dominae erant instrumenta. Creverat enim maxime populus porro ea multitudine, ut paene aedes ad habitandum deficerent. Annonae ubique ad ubertatem et commercii magna utilitas, quia summa securitate et otio fruebantur subditi.

Sed haec tota bona non permisit diu permanere, quidquid illud fuerit, humana prudentia maius, invidens felicitati Regni, ne tantis commodis gauderet, seu ingenitam inviolatamque virtutem exerceret, nec tranquillitate et otio hebescere vellet.

Ecce adest mors Ludovici coniugis, nullis ex eo susceptis liberis [2], et pontifex abalienatae mentis signa, quae prius ostenderat, facto molitur. In eam enim populos commovere, hostesque inducere, modo hunc, modo illum, non desistebat, prout quemque efficaciorem credebat.

Insultabant nimirum, quibus Andreae mortis memoria adhuc gravis erat, cunctasque adversitates reginae merito in Andreae ultionem evenire obiectabant.

His cum premeretur angustiis, ne vidua impudentiae famam a maledicis et discrimen dominatus, sine viri praesidio, contemptui et iniuriarum opportunitati exposita, subire videretur, nubere ex amicorum sententia consultius visum est, iunxitque se Jacobo Aragonio Maioricarum regis fratri, cum quo parum vixit.

Remansit nihilominus in eodem fere statu, quo ante Jacobi coniugium, orba scilicet et viro et liberis.

Et iam belli exordia apparebant [3].

Quippe Urbanus sextus pontifex induxerat Carolum de Pace cognomine, praedicti Ludovici Dyrrachini filium [4], manu ingenti Hungarorum et pontificis exercitu comparatis, ad reginam Regnumque perdendum. Quae vidit se etiam a suis non modo destitui, verum etiam

---

2. Verum erat moderata ut pluribus sufficere posset MUR. — 8. frequentiorem MUR. — 9. accessus *C seguito dal* MUR. — 9. crebriores MUR. — 11. *A e C hanno una lacuna tra* paene *e* annonae — 21. quae reginae accidebant *C seguito dal* MUR. — 24. ex amicorum consilio *C seguito dal* MUR. — 29. MUR. *om.* praedicti *che è nel cod. C* — 31. sed etiam MUR.

[1] *Eques auratus* era, forse, il cavaliere già decorato del cingolo militare. *Eques minime auro insignitus* era quello non ancora investito della dignità cavalleresca, e che si trovava nella posizione di *scutifer*, o scudiero. Il primo portava gli speroni d'oro, il secondo d'argento.

[2] Giovanna partorì a Luigi di Taranto due figlie, Caterina e Francesca, la prima venne alla luce in Avignone alla fine di giugno del 1348 ed era già morta il 20 agosto dell'anno dopo; la seconda, nata a Napoli nel marzo 1350, morì nel 1352 il giorno stesso della incoronazione dei genitori, ovvero, come vuole il Caracc. (*Genealogia* ecc.), sei giorni dopo. LÉONARD, II, 135 n., 245, 359.

[3] Qui il Caracc. sorvola su molti fatti, conducendo il lettore direttamente o quasi dalla morte di Luigi di Taranto (26 maggio 1362) alla spedizione di Carlo di Durazzo. Accenna soltanto al terzo e quarto matrimonio di Giovanna, quello con Giacomo d'Aragona, figlio del re di Maiorca (dicembre 1362), e quello con Ottone di Brunswich (maggio 1376), entrambi presentati come mezzo di difesa contro i nemici. E per giustificare la condotta della sua eroina, l'a. non esita non solo a sopprimere altri fatti, pure importanti, ma addirittura a travisarli, come ad esempio l'ostilità papale, che, per l'epoca della morte di Luigi di Taranto, è insussistente.

[4] Carlo di Durazzo era soprannominato *della Pace*, perchè trattò della pace fra Genovesi e Veneziani, quando nella guerra, detta di Chioggia, militò nel Veneto al servizio del re di Ungheria contro la repubblica di San Marco.

oppugnari. Nam Carolus hic secum in aula adultus, ab ipsa regina alumnatus, plerosque ex amicis partiumque reginae pristina consuetudine ab illa eduxerat, sibique unierat.

Quare ne sine viro obviare hosti posse temere crederetur, Othonem Brunswich, impe'ratoria origine virum et strenuum et ea tempestate ducem exercitu proprio res agentem, in maritum ascivit. Quem regali titulo abstinuisse maritali conditione ferunt, et tantum Tarenti principatu fuisse contentum. Qui, perlustratis copiis, in unumque coactis viribus, hosti nequaquam paribus, Carolum Regni finibus arcere minime ausus est. MUR., 15

Qui Carolus, ab Urbano pontifice corona prius Romae recepta, magno illius favore pervenit et Sulmonam, quae pro regina illi portas clauserat, vi captam et severe direptam, primariis civibus occisis orbavit. Quo facinore deterritae reliquae, nulla ulterius extitit, quin portas subito aperuerit, illumque pro rege admiserit.

Interim Otho Neapolim se receperat, fretus civium favore eam tutari et hostem destruere posse. Inerat et ipsa regina in Arce nova animo illo suo praesenti, et nihil quod ad tutelam spectasset omittens, sed potius impiger omnia sagaciterque exequens, et reginae et ducis optimi vicibus fungebatur.

Carolus vero cum Neapolim pervenisset, versantem reperiit simulque cum veteribus amicis non paucis, nec infimae sortis, deditionis conditiones agitare cepit. Quod cum esset reginae viroque cognitum, visum est prius certaminis eventum experiri. Itaque, addita militibus populi magna parte, ad proelium descendit, quod infeliciter cessit, quippe victus fugatusque, in montem Sancti Erasmi civitati imminentem scandens, cum paucis Otho se tutatus est. Populi autem qui superfuerant in urbem vertentes, versam iam a Carolo post victoriam invenerunt, quo simul et ipsi una cum aliis Carolum regem acclamaverunt. Ita eodem momento militaris vis infracta, Neapolis amissa et regina obsessa est.

Ubi etiam plurimorum necessariorum penuria obsidionem constanter viriliterque pertulit ad famis usque patientiam. Quae quanta fuerit, hinc facillime dignoscetur.

Erat inter obsessos germana ipsius reginae [1], quam inter belli sumptus regina rogaverat, ut se Regnumque commune pecunia iuvaret, stipendii defectu periclitantem. Pridem enim noverat illam pecunia pollere. Quae inficiari non erubuit. Tandem, cum iam reginae res effractae et desperatae essent, et cogente fame, auxilioque cessante, brevi in hostium manus deventura esset, et soror attulit vasculum aureis millibus plenum, ut illis ad Regni suique protectionem uti vellet rogans. Cui vultuosa regina [2]: " Habeat sibi istos latro ille Carolus, " cui tanta diligentia servasti. Nobis autem nunc utilior foret panis saccus, quam tua ista " pecunia, mox una nobiscum scelerato Carolo in praedam cessura ".

Expectato nequicquam Massiliensium subsidio, obsidioneque protracta quamdiu per commeatus licuerat, tandem, dolore coacta, in potestatem hostis devenit, a quo primum materne

---

1. eliminatus MUR., *che non è nei mss. I mss. e il* MUR. *aggiungono, dopo* alumnatus, fuerat, *che non occorre* — 2. pertinentibusque reginae MUR., *che non è nei mss.* - abduxerat MUR., *che non è nei mss.* — 3. obviam ire *C seguito dal* MUR. — 4. et strenuum *om. C e così pure il* MUR. - exercitum proprio aere agentem *C, e il* MUR. *vi si uni-forma* — 11. *Invece di* aperuerit MUR. *ha* aperierit, *che non è nei mss.* — 13. intrat MUR., *che non è nei mss., nè può grammaticalmente sostenersi* - regina *om. i codd.* - animo illo suo praesenti, *lez. dei codd. A B P*; viro suo praesens MUR., *che non ha riscontro in nessuno dei mss.* — 14. sed potius impigre omnia sagaciterque exequens, reginae et ducis viribus fungebatur MUR., *che non ha riscontro in nessuno dei mss.* — 18-19. Itaque, indicta pugna, militibus populi magna ex parte stipatus *C seguito dal* MUR. — 19. fusus fugatusque *C, e così il* MUR. — 20. ascendens MUR. — 23. fracta MUR. — 25. quantaque MUR. — 26. in belli sumptus MUR. — 28. iam *om.* MUR. — 30. tunc soror MUR. — 30-31. et ut illis ad regni protectionem uti vellet rogavit MUR. — 31. vultuosa *om.* MUR. — 34. itaque *C seguito dal* MUR. *invece di* nequicquam

[1] La sorella di Giovanna, Maria, era morta sin dal 1368 e quindi non poteva essere tra gli assediati nel 1381. Trattasi probabilmente di Giovanna, figlia primogenita di Maria d'Angiò e di Carlo di Durazzo seniore e moglie di Roberto di Artois. Carlo III di Durazzo, occupata Napoli, costrinse quella principessa a prestargli omaggio e s'impadronì delle ricchezze da lei accumulate nel monastero di Santa Croce. DE BLASIIS, *op. cit.*, pp. 291-92.

[2] *Vultuosa* = cipigliosa.

habita est, sperante allicere eam, ut non modo Regnum, quod iam possidebat, cederet, sed magis Provinciam reliquasque ipsius dictiones in ipsum cadere et arces tradere curaret. Quod nec blanditiis quidem et pollicitationibus, nec minis obtinere valuit, adeo obfirmatum in Carolum gestabat odium.

At cum Massiliensium classem, sero suppetias afferentem, post scilicet ipsius captivitatem, prope urbem in anchoris consistere Carolus cerneret, reginam hortatus est ut, accitis praefectis et primoribus gentis, certiores illos redderet, se non captam regnove privatam, sed ut Mur. 15 matrem a pietosissimo filio detineri. Ideo'que decrevisse Regnum et Provinciam reliquaque sua illi, uti filio bene de se merenti, condonare. Quare placere ut Provinciales in Caroli fidem iurent, ipsumque uti filium in dominum resumant.

Quod regina velle simulavit, cum longe secus animo cogitaret. Laetus itaque Carolus illos sistere reginae, se absente, permisit. Quibus visis, graviter eos tarditatis damnavit. Non enim sua in Massilienses beneficia, neque illorum in se fidei sacramentum postulasse ut eorum spe ad obscaenorum victum obsidionem tolerasset, et tandem illorum quoque defectu seu malitia seu negligentia in saevissimi hostis devenerit arbitrium. Proinde noscant dominam modo suam, nunc servam illius latronis Caroli non diu victuram. Itaque si quid pristinae apud illos fidei et sacramenti amoris aut charitatis remanserit, enixe rogare, quin etiam mandare, ne unquam velint Caroli nomen admittere, sciantque, si quid secus de successione audierint, illud aut fraude suppositum, aut vi extortum, aut animo adulterinum, quod nec suae mentis aliquando extiterit. Sed, consulta praemeditataque sententia, Ludovicum Andegavensem ducem et huius Regni, necnon Provinciae reliquique sui patrimonii et iniuriarum heredem et vindicem relinquere: cuius fidei et observantiae iureiurando sese abstringant, illique perpetuo fautores et comites in sui ultione adsint. De se autem ulterius nihil esse quod sperent aut curent, nisi iussa exsolvere et pro anima exorare. Iterum illos iniuncta admonere ut servent et, si quid maiestatis est, imperare.

Hinc conflatum est incendium illud, quod perpetuo nos exussit, et hodie in primis viget, factionum scilicet andegavensium et dyrrachinorum, quod nec cum capitibus quidem extingui potuit, cum altera ad Aragonios principes destinaverit, alterius vero Francorum princeps suscitator extiterit. Sic nos iugis alternis iactamur [1].

His acceptis Carolus, iam non tantum corona sed possessione rex, animum Joannae in se, quem Massiliensibus aperuerat, noscens, suum in illam illico ostendit. Quippe in Muri civitatis arcem deportari iussit, ibique arctissime custodiri, donec morte eam affecerit, de cuius genere varia fuit fama, constantior tamen quod profocata vel elisa fuerit. Ossa Neapolim reportata nullo exequiarum neque sepulcri honore in aede divae Clarae et ignoto loco sita sunt [2].

---

1. sed etiam Mur. — 8. piissimo *C seguito dal* Mur. — 12. eius *C* — 13. id postulasse quippe eorum.... Mur. — 15. devenit Mur., *ma è un errore, forse, tipografico* — 17. amoris seu Mur. — 20. consulta *om. C* — 22. *C om. le parole da* cuius *ad* abstringant — 23. ulterius *om. C e così pure il* Mur. — 24. iusta *C, seguito dal* Mur. *invece di* iussa — 29. *C om. le parole da* sic *a* iactamur *e così pure il* Mur. — 32. eam *om.* Mur.

[1] Osservazione piena di amara verità, che racchiude il dramma della storia napoletana nel 3 e nel 400!

[2] La morte e la sepoltura di Giovanna I sono state oggetto di vive controversie fra gli storici. Carlo III, subito dopo la scomparsa della regina, fece diffondere che era morta per causa naturale. Di ciò dànno prova una lettera dei Fiorentini a Pietro Gambacorta, signore di Pisa (E. Jarry, in *Bibliothèque de l'École de chartes*, IV, 336) e un'altra del re stesso a Francesco da Carrara (C. Tropea, in Nuovo Archivio veneto (1909), 471 sgg.), nelle quali concordemente si asserisce che Giovanna "gravi morbo depressa infirmitatis "suae lectum pluribus diebus incoluit" e che, *abiurato errore*, cessò di vivere il 27 luglio 1382. La notizia, formulata con le identiche parole in entrambi i documenti, ha tutta l'aria di un comunicato ufficiale, quanto attendibile, ognuno può immaginare. Fatto sta che, malgrado la tradizione quasi generale della morte violenta, che avrebbe colpito Giovanna, a cui si associa anche il nostro scrittore, non si può dire con certezza che l'infelice regina sia stata assassinata. Cf. M. Rothbarth, *Urban VI und Neapel*, Berlin, 1913, p. 59 e *Excursus*. Sicuro è invece il luogo, dove avvenne la

*
* *

Induxere me aliqua de tanta regina scribere tum sinistra et aeque falsa de ea recepta opinio, tum etiam quoniam qui eius meminerunt paresque temporum fuerunt, eamque res moderantem viderant, summis laudibus extulere. Verum quoniam nulli de reginae gestis commentarii, unde elici historiae series posset, extant, ideo quae narravimus, saltuatim et quasi per saltus gradientes, scripsimus. Hoc nimirum constare voluimus, subnixi auctoritate eorum, qui verum scire potuerunt, reginam omni labe et dedecore caruisse, et a cunctis citra odium invidiamque iudicantibus culpae omnis insontem habitam [1].

Cur autem Andreae morti assenserit, utpote rem iudicatu difficilem, hactenus ignotum est. Multa tamen coniectari dant immanes illius mores, quem " monstrum „ appellare illustris poëta et aeque modestus Franciscus Petrarca aequum duxit. Timor enim, affectuum lividissimus, et vitae amor saepe nos agere, quae minime decreveramus, cogunt, quae pro' multis MUR., 17
perperam facta videntur. Erant insuper in aula tot magni viri gentiles et necessarii reginae, Dyrrachii simul dux et Tarentinus princeps, qui, cum saepe una cum regina noscerent, et exitum potius praestolarentur, quam timerent, inferre quam accipere mortem maluerunt [2].

Festinatas nimium Tarentini principis nuptias, quas multi improbant, necessarias verius, quam voluntarias iustus arbiter existimabit, recogitans quemadmodum viduae tot imminentibus malis tantis undique territantibus minis ad tutandum se sine viro et regali et strenuo perdifficile extitisset [3].

Quod vero patrueli patris nupserit, nolebat tam generosam familiam, quae se Regnumque tutari posset, merito abalienari. Si enim extero se iunxisset, certum erat illi hostem fore, quod recenti Andreae exemplo liquebat; et huiusmodi matrimonia propter aequalium raritatem crebro a regibus usurpari sine lasciviae nota cernimus [4].

Eandem fuisse causam cur quater nupserit, scilicet ut semper legitimi viri praesidio uti

3. quoniam *lez. dei codd. P e C*; quod MUR. — 5. eligi MUR. — 6. volumus *C seguito dal* MUR. — 10. *Lez. dei codd. A e B*; multum tamen coniecturae dant MUR. — 11-12. potentissimus *C seguito dal* MUR. — 12. a multis *C seguito dal* MUR. — 14. MUR. *om.* et *dopo* dux — 15. *Lez. del cod. A*; MUR. *ha* exitium — 18. MUR. tutandum *invece di* certandum, *che è nei codd.* — 21. *Lez. dei codd. A B C P*; *il* MUR. *corresse* immerito, *ma il concetto cambierebbe*

morte, il castello di Muro (DE BLASIIS, *op. cit.*, p. 302, n. 2). Per rendere nota a tutti la fine della rivale e per far sì che i fautori di lei abbandonassero ogni speranza di riprendere il potere perduto, re Carlo ne fece trasportare il cadavere a Napoli, dove lo tenne esposto al pubblico per vari giorni nella chiesa di santa Chiara tra una doppia fila di ceri, ma senza suffragi di sacre cerimonie e senza pianti. Dopo che il popolo fu passato innanzi alla defunta Regina, alcuni gentiluomini e ambasciatori, forse fiorentini, ne trasportarono il corpo a braccia nella sacrestia, dove fu tumulato. Giovanna era scomunicata e perciò venne sepolta fuori della chiesa, in un luogo, di cui si perdette, con l'andar del tempo, la traccia. DE BLASIIS, *ivi*, 302-303.

[1] Qui il Caracc. precisa meglio le ragioni e gli scopi, che lo mossero a scrivere la Vita di Giovanna I d'Angiò. Egli vuol mettersi al di sopra, a quanto dice, degli apologisti e dei detrattori e intende di colmare nello stesso tempo una lacuna della storiografia napoletana, ma, quanto a questo secondo obiettivo, mostra di presumere troppo delle sue forze credendo di poter scrivere la biografia della regina col procedere *saltuatim et quasi per saltus gradiens.* D'altra parte non riesce ad essere giudice imparziale, proclamando *a priori* l'innocenza dell'imputata. Cf. Introduzione.

[2] Per la morte di Andrea e le responsabilità relative cf. LÉONARD, I, 485, che ne tratta largamente, cercando di limitare, piuttosto che accrescere, la colpa della regina. Qui noterò che il Caracc. non la esclude completamente dicendo " cur Andreae morti *assen-* " *serit* „.

[3] Le nozze di Giovanna con Luigi di Taranto avvennero circa due anni dopo la morte di Andrea. Carlo Martello, figlio di Giovanna e di Andrea, nacque il 22 dicembre 1345. Per le vicende, che portarono al matrimonio, spiegato qui troppo semplicisticamente, cf. LÉONARD, I, 500 sgg. È noto che prima di Luigi era destinato a diventar marito della regina il fratello Roberto.

[4] Luigi di Taranto era a un tempo cugino di Giovanna, perchè figlio di una sorella della madre di lei, e cugino di Carlo l'Illustre, padre della regina perchè figlio di un fratello di re Roberto.

posset et pudicitiae nomen retinere. Sciebat enim quanta mala esset viduae, et praecipue reginae, fama infamiae maledictis exposita. Has causas iterati toties coniugii extitisse remur, non autem maris desiderium.' Nam coitus continentissimam legimus et semper negotiis curisque arduis exercitam.

Praelibavimus igitur eius reginae res, quam tantum a nostra aetate distare cognoscimus, et seriem ducere historiae, quin plurimum mentiremur, impossibile erat. Quippe quam multa etiam sparsim inventa collegisse non facile fuit. Quae vero plures affirmant pro veris, vera nimirum tradi possunt.

Constat enim virtutem, quae regum maxima esse solet, coluisse, iustitiam, adeo ut ne patri quidem Carolo, qui adeo illius severus extiterat cultor, ut in eodem labro agnum et lupum bibere citra alterius iniuriam compelleret[1], hac virtute cedere visa sit. Unde ingentis illius iurisconsulti Bartholomaei[2] dictum recensetur " ad suam usque aetatem in throno regio integriorem et iustiorem se Joanna vidisse neminem „.

Quae ergo tantae astutiae illi obiectari potuerint, quae tam clarum nomen offuscentur, quando quod suum est et regum perpauci praestant, haec tam exacte peregerit iustitiae munus, quo maius et multitudini utilius nullum a principe exhiberi potest? Munificentiae ac liberalitatis pariter ac iustitiae actibus haec non modo feminas superavit, sed et facile reges liberalissimos habitos, omne fisci aes crebro largiendo exhauriens.

Testis nostra civitas, quae, etsi aliquando plerosque ditiores potentioresque nobilitatis
Mur., 18 habue'rit, nunquam tamen pauciores egentes, quam illius tempore habuit. Quippe cum fere omnes equestri censu honestare statuisset, et nequibat propterea principalium multos locupletare, cautius visum est omnem fere equestrem dignitatem servare, quam in paucis ostentationem pompis superfluam effundere. Ideoque multa erant illius salaria, potius quam ampla.

Ostendit etiam iustitiam humanitatemque reginae mercatorum ex variis gentibus frequentia, tot tamque pretiosas merces huc secum ferentium, quos humane habitos benigneque receptos tuto libereque sua negotia exercere praesentes viderunt, ut tot bellorum exigentiis nemo nunquam aut dono, aut mutuo intentatus sit, aut coactus aliquid praestare. Quod munus etiam hodie monumenta, quam libentissime sub tali principe advenae confluxerint frequenterque negotiati sint, testantur. Quippe " Gallorum vicum „ celebri civitatis loco videmus, similiter et " Celtiberorum „ quos *Catalanos* vocant, magnae moli proximum, et inter duas arces, Novam videlicet et Ovi, " Provincialium catena „ est, quam " Genuensium porticum „

---

1. praecipue *om.* C — 1-2. quanta mala (?) essent viduae et praecipue reginae famae, infamiae maledictis expositae Mur. — 2. adstitisse C - reor. C *seguito dal* Mur. — 6. certum C *invece di* seriem — 9. Constat enim iustitiae, quae regum maxima esse debet, coluisse virtutem Mur.; C *ha* debet *al posto di* solet *degli altri mss.* — 10. loco Mur. *invece di* labro — 11. vivere Mur. *in luogo di* bibere - insignis Mur. — 12. iurisperiti Mur. — 14. potuerunt C *seguito dal* Mur. - quibus tam clarum nomen offuscetur C, *seguito dal* Mur. — 16-17. Munificentiae et liberalitatis partibus ac iustitiae actibus Mur. — 18. fisci *om.* C *e così pure il* Mur. — 19. nobiles C *seguito dal* Mur. — 21. equestres censu Mur. — 22. cautiusque visa est Mur. — 24. variis partibus C *e così pure il* Mur. — 25. tot tamque pretiosis mercibus se conferentium Mur. — 25-26. benigneque exceptos tuto libereque sua negotia exercere ea aetas vidit Mur. — 27. tentatus Mur. — 27-29. *È la lez. del* Mur., *che, sebbene non del tutto persuasiva, è preferibile a quella dei mss. A B. C P hanno* quominus *al posto di* quod munus; cognoverint *invece di* confluxerint; testantia *al posto di* testantur — 30. magno Molo C *seguito dal* Mur., *ma si tratta di Castelnuovo* (magna moles) — 31. principalium catena est Mur.

[1] Accenna qui senza alcun dubbio alla raffigurazione di Carlo l'Illustre sul fronte del sarcofago erettogli da Tino di Camaino in Santa Chiara di Napoli. Il principe è rappresentato seduto in faldistorio con lo scettro nella destra e nella sinistra una spada, la cui punta è immersa in una conca, dove bevono insieme un lupo ed un agnello, e ciò a significare la saggezza e l'equità usate dal figlio di re Roberto nell'amministrare la giustizia. A. De Rinaldis, *Santa Chiara*, Napoli, 1920, p. 132 e tav..

[2] Chi era questo Bartolomeo? Forse Bartolomeo Caracciolo detto Carafa, poi arcivescovo di Bari, che insegnò nello Studio napoletano certamente negli anni 1345-47 e scrisse una " Breve informazione „ o " Compendio „ della storia del Regno da Ruggiero il Normanno a Roberto d'Angiò, dedicandola a Luigi di Taranto, che venne poi incorporata nel *Chronicon Siculum* e nella *Cronaca di Partenope*. Cf. *Storia della Università di Napoli*; G. M. Monti, *L'età Angioina*, Napoli, 1924, pp. 98 e 128-29.

hactenus nominamus, licet faciem et habitatores mutaverit. Florentinos honestas sedes sibi parasse perspicimus iuxta “ Veterem Teloneum „; vocatur hodie “ Lilii angulus „ ob insignia eorum ibi sculpta [1]. Profecto advenarum civiumque frequentia bonitatem principum prudentiamque arguunt publicae saluti consulentium, salubritatis et annonae ob paternam charitatem curam gerentium.

Quanta fuerit eiusdem charitas et reverentia parentis, etiam post adversam eius fortunam et mortem cognita est: cum non pauci ex nobilitate viri, plures etiam non infimae sortis cives praeelegerint, bonis necessitudinibusque relictis, perpetuo exulare, respuentes Caroli regis victoris veniam, qui neminem extorrem fieri neque rebus exui promittebat.

Formam eius ferunt fuisse maiestatem prae se ferentem, quam magis augebat gestis et sermonum morumque gravitate, adeo ut nemo esset, qui eam adiret, quin, eloquentiam gestusque admirans, fateretur vigere in illa spiritus avi Roberti, tam incliti regis [2].

Quam nihilominus tantis natalibus, tam accurata castaque educatione, tam sanctis moribus, tam iusta providaque regni administratione, tot publicis privatisque beneficiis, tanta pauperum cura, immensisque pecuniarum erogatis cumulis, praedictae mortalium iniquitati minime obsistere potuisse, eventus patefecit.

Variis et nominis et famae discriminibus vivens laboravit, et indecenti crudelique fine perfuncta est.

*
* *

Liceret profecto praesenti exemplo castigari arrogantiam ignorantiamque quorumdam, ut tibi videtur, scitulorum omnium rerum causam reddi posse discendentium et se multas afferre omniumque ut possibile scitu perquirere, quarum licet aliquas divinaverint, minime quidem aptari prae varietatum multitudine omnibus possunt, quin magis reditus fortuito, nec causas rei cui adhibitae sunt, nec signa extitisse dignosci posset, quod pervicacia ignorantiaque mortalium evenire solet, minime credentium cuncta evenire Dei summi providentia et aequi iustitia et pietate, et tamen optima et sancta esse etiam quae, secundum nostrum exiguum examen, prava habentur. Quid enim nostrum praevidere aut nosse qui ante pedes locata non cernimus et quod pridie factum audimus, hodie obliti sumus ad illum, qui facienda

---

1. appellamus Mur. — 2. perspeximus *C seguito dal* Mur. - Liliorum Mur. — 3. ob insigne eorum ibi sculptum Mur. — 9. qua Mur. — 10. forma eam ferunt fuisse maiestatem prae se ferente Mur. — 18. defuncta Mur. — 25-p. 18 l. 6. *Tutto il brano da* Liceret profecto *a* gaudiumque evocaret *manca nel* Mur. *e nel cod. C, e trovasi invece, assai scorretto, da riuscire talora incomprensibile, negli altri mss. a noi noti* (*A B P*). *Abbiamo cercato di accomodarlo come è nel testo in modo che desse un senso accettabile*

[1] *Rua Francese, Rua Catalana, via Loggia di Genova*, ed altre strade attestano ancora oggi, malgrado le trasformazioni subite dalla città nelle varie epoche, l'attività dei mercanti forestieri, che frequentavano Napoli o vi abitavano nell'età angioina. Erra però il Caracc. nell'identificare la “ Loggia di Genova „, che era in vicinanza della chiesa di san Pietro Martire, con il porto e la borsa (*catena*) dei Provenzali, un tempo situati nello spazio fra Castelnuovo e Castel del l'Ovo, e poi distrutti nell'epoca viceregnale per far posto alla costruzione del Palazzo Reale e degli edifizi adiacenti. Il quartiere dei Fiorentini era, ai tempi di cui parla il Caracc., in vicinanza dell'arsenale angioino, dove più tardi, cioè sotto gli Aragonesi, e quindi prima dell'epoca, in cui scriveva il nostro a., fu costruita la “ Dogana vecchia „. Ivi presso dovette esser il “ canto del Giglio „, ricordato nel testo.

[2] Del ritratto fisico che il Caracc. dà di Giovanna non possiamo essere sicuri al segno da compensare la mancanza di una rappresentazione autentica e personale della celebre regina. Un poeta ce la descrisse “ nè “ grassa, nè magra „ ma bella e col *viso tondo* (L. Correra, in Arch. stor. per le prov. napolet., V (1880), 617), ma è troppo poco per potere raffigurarcela. Nè i ritratti che se ne hanno, scolpiti o dipinti, soddisfano abbastanza le nostre esigenze. E. Romano, *Saggio di iconografia dei Reali Angioini di Napoli*, Napoli, 1920, p. 79 sgg. e *passim*; G. Gerola, *Appunti di iconografia angioina* in Atti del Reale Ist. Veneto di Scienze lettere e arti, tom. XCI (1931-32), p. 11.

novit cum voluit et eorum finem semper praesentem habet? et quae nos multis saeculis praeterierunt et quae futura sunt non modo novit, sed coram spectat, ut cuncta ad suum destinatum praevisumque terminem deveniant necesse sit, cum ab optimo nihil nisi optimum fieri possit etsi a nobis ac nobis intelligatur. Teneamus ergo Dei summi providentia haec reginae huic egregiae in humanis adversa contigisse, quam forte exerceri hic brevi et aerumnose voluit, ut eam his mediis mundiorem ad perenne bonum gaudiumque evocaret [1].

[1] Coloro che pretendono spiegare tutto e credono di poter assegnare la causa a ogni cosa, non sanno che tutto, anche il male, avviene per volere della Provvidenza. Iddio nella sua grande sapienza volle che la regina Giovanna soffrisse molto sulla terra, perchè più deliziose le riuscissero le gioie del Paradiso. Ecco la "filosofia" del Caracc..

II.

VITA DI SERGIANNI CARACCIOLO
GRAN SINISCALCO DEL REGNO DI NAPOLI

VITA SERZANNIS CARACCIOLI MAGNI SENESCALCI

Quamquam communem parentem Deum, neque nobis, neque nostris rebus indigere novimus, quippe ab ipso conditi sumus atque servamur, tamen eius numen veneraturi, sine munere aliquo adire nefas ducimus, etsi minime propter indigentiam, ut nos tamen obnoxios beneficiorumque memores offeramus; sperantes etiam monumentulo aliquo nos impressuros illi firmiorem nostri nostraeque commoditatis memoriam: quem morem in reges magnosque viros traductum, eisdem ferme de causis servari cernimus. Quid enim ad regum principumque augendam gazam aut honestandum apparatum clientum, humillimorum amicorum munuscula, ut, puta, accipiter, pavo, catella, arborum poma, hortorumque olera et huiusmodi cetera conferent? Et tamen solent honeste exhiberi, grateque accipi. Nam qui dat, deferre maiori vult; qui vero accipit, sit quamvis parum, honorari magnique haberi maxime gaudet. Ergo, cum laudabili et paene naturali instituto merito moveamur, iustum quoque existimavi, serenissime princeps [1], te postliminio revertentem, cui etsi prudentia et virtus etiam extorri victum tua claritate dignum suffecerint, et familiam nihilo inferiorem, aut minus cultam, quam cum tuis inesses fortunis, subministraverint, aliquo dono, utrique nostrum non indecenti, salutare; pecunia quippe non erit, quam tibi affatim sagacitas strenuitasque praestiterunt, praestandamque promittunt. At mihi propter tua in me beneficia aliquam gratiam reddere cupienti, unum praecipue, quod et dantem simul, et accipientem iuvaret, perspexisse videor, ut scilicet atavum tuum praeclarum principem tibi repraesentarem, cuius gestis cognitis, intelliges profecto, plerasque virtutum suarum magnificas dotes ab illo, sicut principatum, ad te devenisse;

Mur., 19

1. *Così nel cod. A*; Vita Sergiani Caraccioli Magni Senescalli per Tristanum Caracciolum *P*; *C, seguito dal* Mur., Sergiani Caraccioli Magni Senescalli Neapolis vita (*il nome dell'a. è messo però al genit.*: Tristani Caraccioli, *e non all'abl. assoluto, come nel* Mur., Auctore Tristano Caracciolo) — 2. rebus *lez. di A*; bonis *C, seguito dal* Mur. — 4. sine *lez. di A P*; absque *C, seguito dal* Mur. - adire *om. in C* — 6. monumentulo *A*; *C, seguito dal* Mur., munusculo - nos *om. in C* — 10. conferent *A C*; conferre Mur. — 12. *A om.* sit, *che è in C* — 19. perspexisse *C*; prospexisse *A* — 20. atavum *A P*; avum Mur. - intelliges *A*; intelligeres *C, seguito dal* Mur.

[1] È Troiano Caracciolo principe di Melfi, duca d'Ascoli, marchese di Atella e conte di Forenza, figlio di Giovanni e pronipote di Sergianni. Da costui nacque un primo Troiano, che parteggiò per Renato d'Angiò nella guerra contro Alfonso d'Aragona e sposò Maria Caldora. A lui successe nel 1449 Giovanni, avverso, come il padre, agli Aragonesi, contro i quali combattè all'epoca della venuta nel regno del pretendente Giovanni d'Angiò (1460-62) e più tardi durante la guerra dei baroni (1485-87). Spogliato, per tale suo tradimento, delle terre che possedeva, le stesse, salvo, in un primo tempo, la rocca di Melfi e Atella, vennero poi restituite al figlio Troiano II, che gli era nato da Sveva Sanseverino. Troiano II morì il 16 maggio 1520. Si era barcamenato in vita tra Francesi e Aragonesi e Spagnoli. Dopo la vittoria del Gran Capitano emigrò a Venezia, ma nel 1506 tornò nel Regno e fu compreso nella capitolazione di Atripalda.

et si forte iis aliquid ad consumationem tuae laudis deesse videbitur, in avito exemplari, unde mutuari possis, invenies. Quod scias avidissime arreptum a me, qui porro simile debitum, quo teneri fateor, exsolvam. Quippe etsi praecipua tua domus in primis illi, memoriaeque eius, a quo plurimum et fortunarum et gloriae ad se derivatum esse cognoscit, obnoxia sit; MUR., 20 non tamen reliqua omnis gentilitas nostra expers gratitudinis esse debet, per quem tot' insignes titulos, magistratuumque nomina promeruit. Ut igitur et serenitati tuae et officio in te meo studeam satisfacere, quae de tanto viro sparsim iacentia, carptim colligere et in unum concinnare potui, dicere ordiar. Atque utinam quemadmodum mens est et animus, illius exemplo te ornare, ita ingenium et facundia non desint ad tanti principis facta percensenda! Me vero nihil est, quod dehortari queat, dum virum illum tibi suggeram qualicumque, vel etiam rudi ineruditoque sermone. Iuvat me interim non parum tantum principem animo volvere, cuius nomen cum voluptate et accipio et reddo. Tu facies interea, quod facturum te auguror, et atavum tuum, quantum sors et temporum conditio obtulerint, imitari studeas; quandoquidem hac, quae te rectius ducat et stabiliat, regulam prorsus nullam invenies. Aggrediar igitur, Deo bene iuvante, veniam precatus; ea namque scripturus sum, quae nondum in hanc lucem edita venerunt, et quorum commentarium nullum exstat, sed ea viritim sparsimque per illius tempestatis homines, quorum perpauci, et forsan propter senium non adeo memoria valentes, supererant, colligere me oportuit. Si quid autem exciderit, aut non ad unguem relatum fuerit, infirmitati meae imputabitur. Item si qua ex industria subticuerim, a plerisque, ut reor, desiderata, nemo miretur; id enim volens feci. Siquidem hunc, quia merebatur, nominare constitui, non autem quemquam damnato pro nomine notare, abunde enim quisque suum scelus et defert, et damnat.

*
* *

Natus est ergo Neapoli Serzan [1] (quod praenomen, ut arbitror, gallicanum est, et dominationis dignationisque apud eam gentem signum praefert) sub rege Carolo III [2] equestri nobilique patre, Francisco Caracciolo, aurato milite [3], matre vero Isabella, et ipsa quoque nobili e domo Sardone, in quam defecisse cognoscitur, regionis urbis Capuanae, aedibus etsi non adeo amplis, avitis tamen et pervetustis, quae ad hunc usque diem in memoriam ortus tanti viri ostenduntur [4]. Pueritiam honeste sub parentibus egit; rudimenta literarum, religionisque christianae initia didicit. Mox cum primum adolescentiam iniit, aulae Ladislai regis, cui ferme coaevus erat, admotus est, ubi benigne admissus, et ob egregiam indolem, et quia Dyrrachi- MUR., 21 narum' partium fautoribus prognatus [5], pergratus extitit. Ab ipso itaque rege, purpuratisque

7-8. quae.... sunt iacentia carptim colligere et in unum concinnare potui *A*; quae.... iacentia carptim colligere in unum potui, dicere ordiar MUR. *e così C. Ho adottato una lez. intermedia, che mi pare la migliore* — 12. facias *C* MUR. — 19-20. tacuerim MUR. — 21. damnato crimine praenotare *C*; damnare aut pro nomine notare MUR. — 22. defert *A P*; refert MUR. — 23. praenomen *P A*; nomen MUR. — 24. MUR. *om.* signum, *che è nei codd.* - MUR. *om.* rege, *che è in A e P* — 26. Sardone *A C*; Sardorum *P*; Sardone MUR., *ma a torto ritenne la forma errata e pensò a* Sandonum *o* Pandonum - in regione urbis Capuanae MUR. — 30-31. et quia etc. *om. in C* — 31. prognatus *om.* MUR. *e così C*

[1] Serzan o Sergianni equivale a Ser Giovanni, e del titolo, che precede il nome, sia nella forma abbreviata di *sere* o *sire* sia in quella intera di *messere*, si deve ricercar l'origine, come ben dice il Caracc., nel francese *sieur* e *monsieur*.

[2] Si ignora l'anno preciso in cui nacque Sergianni, ma, se la nascita fosse avvenuta sotto Carlo III di Durazzo, come asserisce il Caracc., egli avrebbe dovuto veder la luce fra il 1382 e il 1386. Altri lo vuole nato nel 1372 (cf. P. LITTA, *Famiglie celebri italiane*, serie II, *Caracciolo di Napoli*, tav. XLI) e questa data si accorda meglio con la notizia che dà dopo il Caracc., parlando della morte del suo personaggio.

[3] Padre di Sergianni fu Francesco Caracciolo, detto " poeta „ cavaliere e ciambellano di re Ladislao, che sposò Covella Sardo.

[4] La famiglia Sardo era iscritta al sedile di Capuana, dove, secondo dice il Caracc., possedeva case.

[5] Il nonno di Sergianni, Carlo, detto il *Torto*, servì Carlo III di Durazzo nella guerra contro Luigi I d'Angiò e fu ciambellano di quel re. Francesco, padre di Sergianni, tenne lo stesso ufficio sotto Ladislao.

omnibus amplecti, carusque haberi caepit. Ut vero laute honesteque regem sectari, illique inservire, nec gravis esse posset (attriverant enim proxima infesta bella adeo vectigalia et redditus, ut fiscus non aeque regem sectantibus sufficientes sumptus praestaret), Tyrellus patruus, praesul Cusentinus [1], necessaria subministrabat. Quippe indolem nepotis ex fratre pernoscens, nolebat illam sumptuum defectu evanescere. Cumque aetate et promotionibus ad maiora in dies cresceret, augebatur quoque in erogando praesulis animus, qui adeo, dum vixit, dapsilis in illum fuit, ut nec armis, nec equis, nec famulatu, reliquoque militari atque aulico instrumento, alumnorum regis aliquis ornatior spectaretur. Erat enim Serzan huiusmodi rerum ad morositatem usque studiosus; incitabantque patruum ad praebendum probi et casti ipsius iuvenis mores, ab omni prorsus luxu intemperantiaque aversi. Nam quidquid indulgentia patrui exhibebat, omne id sua modestia et gratitudine in illius nomen laudemque recidere curabat. Quem cum cerneret idem praesul rebus bello ac regi opportunis elucescere, nihilque per inanem luxum effundere, sua bene locata liberalitate maxime gaudebat.

Adoleverat iam rex, expeditionesque et bella per se moliebatur, in quibus Serzannis virtus progredi coepit; nullis enim excursionibus et levibus certaminibus praesens eius alacritas deerat, adeo ut ducum et praefectorum nemo erat exiturus ad militare aliquod facinus patrandum, si modo viribus, aut consilio indigeret, qui illum secum ducere non peroptaret; idque sibi a rege concedi ambitiose curabat. Unde saepissime eveniebat, ut a ducibus atque militibus, ab aliqua in proelio navata opera revertentibus, et coram rege, ut fit, sua et commilitonum bene facta recensentibus, Serzan in primis extolleretur. Erat propterea tum mirae promptitudinis, si locus in hostes conseri manus poposcisset, tum consilii, si cautionem, praecipui tamen obsequii et observantiae in duces. Cumque se non segnem, genere nobilem, ac regis alumnum, easque in se dotes, quae plerumque superbiam et arrogantiam pariunt, intelligeret, neminem tamen ductorem, quamvis sibi his omnibus imparem, modo militia clarum, comitatus est unquam, cuius dicto non steterit, et iussa prompte non fuerit executus, dictitans a peritioribus, quam a nobilibus, malle se militiam discere.

His artibus eam sibi apud exercitum benevolentiam comparavit, eumque regis favorem, ut promoveri ad ducendos ordines cunctorum iudicio tempestivus atque idoneus videretur. Praeficitur ergo equitum turmae, quo tempore ei rex Catharinam Filingeriam iunxit, eoque matrimonio Abellini comes effectus est, siquidem ad Catharinam comitatus post germanorum mortem haereditario iure devenerat [2].

Nondum rex pacato undique regno potiebatur. Maria enim, demortui Tarentini principis uxor, freta suo Tarento, totque aliis oppidis validissimis, ac multo milite, qui sub viro meruerat, regi parere indignabatur [3]. Eam rex, antequam subsidia adventarent (nam fama erat

---

1. complecti Mur. — 3. praeberet *C*, *seguito dal* Mur. — 4. Consentinus Mur. - necessaria *om. in C e in* Mur. — 5. praenoscens Mur., *ma i codd. hanno* pernoscens - volebat, illam .... non evanescere Mur. — 7-8. *C*, *seguito dal* Mur., in eum dapsilis fuit ut .... vel quoquo militari, atque aulico ornamento .... appareret — 9. Mur. largiendum, *che non è nei codd.* — 15. alacritas *A*, *seguito dal* Mur.; caritas *C* — 16. erat *om. in A e C* — 18. curaret Mur. — 19. coram rege, ut fit, *om. in C e in* Mur. — 21. conseri *A*; conferre Mur. — 22. genere *om. C e* Mur. — 26. superioribus *A* - nobilioribus *C e* Mur. — 29. Mur. *lesse* enim *invece di* ergo — 33. fisa Mur., *invece di* freta — 33-34. ac multa militia, quam sibi vir comparaverat *C e* Mur.

[1] Tirello Caracciolo, zio paterno di Sergianni, canonico del Duomo di Napoli, fu creato arcivescovo di Cosenza il 24 aprile 1381. Morì nel 1412.

[2] Caterina Filangieri, figlia di Jacopo conte di Avellino, ereditò i beni paterni in virtù della prammatica, da lei detta appunto *Filangiera* (25 gennaio 1418), secondo la quale le donne maritate erano preferite, nella successione, ai collaterali maschi, quando i beni ad esse costituiti in dote appartenevano al padre. Naturalmente la norma aveva vigore per coloro che vivevano *jure francorum*. Per effetto di quella prammatica la moglie di Sergianni entrò in possesso di una delle più vaste e ricche contee del reame, la quale comprendeva, oltre Avellino, le terre di Chiusano, Candida, Montaperto, Parolisi, Castelvetere, Santo Mango, Calvello, Frigento, Orte e Tufo.

[3] Maria d'Enghien, vedova del principe di Taranto, Raimondo del Balzo Orsini, dal 17 gennaio 1406, tentò di resistere a re Ladislao, appoggiandosi a Luigi II d'Angiò, ma, non sufficientemente sostenuta da

Andegavensium ducem regni aemulum sollicitasse) praeoccupare festinat, ratus, admoto prope Mur. 22 Tarentum exercitu, et illa, et oppido se illi'co potiturum. Verum longe aliter evenit, aliumque adveniens rerum statum offendit; quippe Maria non modo ad propulsandam oppugnationem, si vi repentina invaderet, sed etiam ad diuturnam tolerandam obsidionem se praemuniverat. Unde cautius tutiusque regi visum est, illam sibi legitimo matrimonio adiungere, ut se tam perplexo ancipitique negotio exligaret, et hosti adveniendi occasionem praecideret. Antequam tamen de conditionibus aliquid certi transigeretur, hoc accidit memorabile.

Nam vir quidam genere et militia nobilis in medium processit; erat enim Campae dominus [1] (oppidulum illud est Tarentini agri) compellans, si quis esset in regiis castris, qui suae virtutis, et partium iustitiae periculum facere vellet, id secum armis asserturus in singulare prodeat certamen; se enim paratum pollicebatur pro virtute ac suae dominae iure tuendo ferro decernere. Atque ita definiit locum, praescripsitque diem, quo congredi volenti se instructum offerret, tutumque ab omni ceterorum iniuria per principem suam fore; idemque sibi per regem licere postulat. Hoc audito, Serzan regem orat, ut cum ab eius Maiestate in se multa extent beneficia, pluraque in dies speret affutura, unum tamen pro maximo placeat conferri sibi, ut, bona eius impetrata venia, liceat cum provocatore illo congredi; sperare se regis auspicio, causaeque bonitate pro rege dignam genere et educatione operam navaturum. Pergere eum rex iubet, memorem et gentis et patriae, et eius, apud quem educatus sit, et non dubitare illum victorem reversurum: sumat vero ex aula quidquid sibi usui et ornamento necessarium putet, equos, arma, vestem. Respondit regia beneficentia sibi ad commodum atque splendorem iampridem suscepisse omnia: daret modo veniam per edictum, ut adversario suo invicem liceat, sine aliquo insidiarum metu, in certamen descendere: quo impetrato, discessit. Statutis igitur die locoque, uterque suis armis equisque decenter instructus, animo speque plenus certamini sese obtulit. Indicto igitur per tubas utrinque silentio, concitatis equis concurrunt, demissisque et infestis hastis se acriter impetunt; quibus confractis et abiectis, strictisque gladiis, cominus rem agere contendunt, multisque gyris se ambientes, captare locum aliquem nudatum armis laborant, quo alter alterum confodere posset. Interea Serzan, fortiter pugnans, hostis equum ex industria (quod iure belli permittebatur) gravi ictu prope oculum punctum, illum impulsu urgens graviter vulnerat, quo dolore percitus, sublatis anterioribus pedibus, sese resupinans super sessorem in terram cadit; quem cum Serzan sub equo iacente implicitum, nec se explicare valentem cerneret, equo et ipse desiliit, adversariumque aggressus intento mucrone, os illi sinistra denudans iugulare curabat. Cum vero baro ille se imparem victumque cognosceret, sublata manu, sese dedit, cui victor vitam concessit, insuperque ipsum ea libertate donavit, qua ante initum certamen steterat, sibique nihil deberi, illique in re obnoxium fore, imo fraterne secum versari, resque suas illius esse arbitrii; non enim sinceram suam gloriam fore, si alterum ignominia aut damno notaret; seque pollicitur futurum apud suum regem perpetuo eius protectorem. Exceptus cum applausu a

---

3. Maria *om. nei codd.* — 4. ne repentina invaderetur Mur. — 5. Inde Mur., *che non è nei codd.* — 6. extricaret Mur. — 9. Mur. *lesse* ipse *per* esset — 11. *C e* Mur. *om.* paratum, *che è in A e P* — 14 regem orat ut *om. A e C* — 16. conferri *A P*; conferre Mur. - provocatore *lez. dei codd.*; procuratore Mur. — 17. regis ipsius *P* - Mur. *om.* genere et, *che è in P* — 18. Mur. *om.* gentis, *che è nei codd.* — 19. sumeret modo Mur. — 20. putaret Mur. — 25. infensis *C e* Mur. — 29. graviter *om.* Mur. — 31. iacentem Mur. — 37. pollicetur Mur.

quest'ultimo e sedotta dall'idea di diventar regina, finì poi con l'accettare la proposta di unirsi in matrimonio con Ladislao, che volle farne la sua sposa (23 aprile 1407). Ma presto antepose a lei le sue amanti. A. Cutolo, *Maria d'Enghien*, Napoli, 1929, 93 sgg.

[1] Campi o *Campie* in Terra d'Otranto. Signore o barone di quella terra, era, ai tempi di cui parla il Caracc., Ludovico Maramonte, stretto congiunto di Ruggiero Maramonte, nobile tarantino, che, durante l'assedio di re Ladislao, si recò con Niccolò Messana in Sicilia a chiedere aiuto a Martino I d'Aragona a favore di Maria d'Enghien (Cutolo, *op.* e loc. cit.). L'episodio, a cui accenna il Caracc., non è attestato da altra fonte, ma può ben esser vero e ad ogni modo offre occasione all'a. di descrivere un duello alla maniera classica.

com'militonibus, ovantique similis ad regem deductus est, a quo regia gravitate laudatus, gaudere se, inquit, a rege laudatissimo laudari; et, quamquam spem aliquam de se conceptam aliquo modo auxerit, se in posterum non desperare, obventuras occasiones, quibus magnanimi regis non parvam de se opinionem frustraturus minime sit. MUR., 23

Compositis ergo rebus Tarentinis, placataque provincia per Mariae principis coniugium, nihilque inde novi expectans, rex propere in Campaneam rediit, tantisperque moratus, donec miles reficeretur, ad arcendum hostem, finesque tutandos accelerat. Nam constans fama erat Ludovicum, Andegavensium ducem, valida cum manu appropinquare, quem Joannes pontifex maximus ad occupandum Regnum evocaverat. Cumque ad flumen, perlambens radicem montis, cui Arx, quae dicitur " Sicca ", imminet, devenisset, interiori ripa castra locat [1]. Interim militem continet ne pontificium agrum infestet, cumque facile posset, sua potius tutari velle, quam aliena invadere praesefert. Quo mox Andegavensis Ludovicus cum pontificiis copiis advenit; qui, cum penetrare in Regnum, qua spe venerat, per obiectum oppositumque regem non licuisset, exteriorem ripam e regione tenuit. Et postquam levibus praeliis se invicem tentaverunt, necessarium visum est conferre signa, ac summam belli totis viribus experiri.

Ceterum mos est regi inituro proelii discrimen, delectos habere ex omni exercitu paucos sibi spectatae fidei et fortitudinis equites, timiditatis ignominiam maxime verentes, quibus sua paludamenta, cristatam insignitamque galeam, aliosque sui corporis militares tribuat ornatus, ut nemo sit, qui in medio conflictu, si quem ex equitibus ita regalibus armis indutum viderit, non verum esse regem putet. Hoc autem ideo fit a rege ex industria simulanter, ut inter dimicandum variis in locis spectari pugnans hortansque possit, utque suis animum faciat, hostibus vero terrorem incutiat; simul ut adversis in rebus frustretur hostis, et, cum simulacrum regis confertim plurimi insectantur, facultas illi evadendi, seque in tutum recipiendi adsit. Hoc autem bellicae artis genus perpaucis eisdemque fidissimis committitur adeo dissimulanter et tacite, ut commilitones ipsos aeque ac hostes lateat. Ipsi vero, qui simulatis insignibus regem relaturi sunt, seorsum diversisque ordinibus collocantur, ita tamen ut se quisque ad hoc munus delectum putet. Itaque cum plures sint, unus tamen, qui singulas vices curet, quique oculis hostium obversetur, decernitur. Fides igitur et alacritas in bello Serzannis comitis, multis experimentis regi cognita, fecit ut illi haec res credi optime posset, utpote qui et militem, et ducem agere, etquid facto opus esset bene nosset, atque exequi valeret. Sed accidit, quod praevisum erat, ut rex inauspicatam pugnam iniret, et exercitus fusus fugatusque, castra capta forent, ipseque sua alumnorumque virtute, ne caperetur, evaderet, Arcemque Siccam ad perfugium peteret. Quo cum devenisset, prima luce comes et ipse adfuit, praeseferens infausti certaminis notas. Nam vestem illam regiam, caeruleo colore, aureisque liliorum floribus inspersam, qua se induerat, hosti distractam reliquerat, thoracem tantummodo, et hunc quidem pluribus ictibus perforatum, in papilionibus retulerat' girifal- MUR., 24 conem vero aureum, quem gestaverat, dum plures se regem inde capere crederent, hostes discerpserant: quae omnia perseveranti constantia ipse comes pertulerat, cui os etiam, non vero vulnere, sanguine perfusum cernebatur.

Tot igitur huius spectati viri experimentis rex, et dum Regno aemulum exigeret, et post illum exactum, cum ac ulciscendum hostes (pontificem videlicet et Florentinos, fomites in se malorum) profectus esset, egregia eius semper usus est opera. Etenim ad intercipiendam

---

2. MUR. *lesse* sed *invece di* se - laudatissimo *om.* MUR. — 4. paucam MUR., *ma i codd. hanno* parvam — 5. pacataque MUR. — 7. sedandos MUR. — 12. eo MUR., *ma i codd. hanno* quo — 18. insignemque MUR. — 21. addat MUR., *ma i codd. hanno* faciat — 23. confertim, *felice correzione del* MUR.; *A e P hanno* confestim *e C l'om. addirittura* — 24. iisdem MUR. — 33. supra primam facem *A P*; *C* = MUR. — 41. ulciscendos MUR. - scilicet MUR.

[1] Roccasecca, nella valle del Liri, dove Ladislao di Durazzo combattè infelicemente contro Luigi II d'Angiò il 19 maggio 1411, e Sergianni, secondo altra fonte, rimase prigioniero. Cf. *Diurnali detti del duca di Monteleone*, ed. FARAGLIA, Napoli, 1895, p. 59.

Urbem Romam, quae, abrogato Joanne pontifice, regi se dabat, inter principes missus est[1]; deinceps et Etrusco bello, quod in Florentinos, praecipue ob eorum devotionem in Andegavensium familiam, gestum est, non cessavit comes strenue multisque se bene factis augere[2], adeo ut, cum regi visum esset, ob adversam valetudinem, exercitu oppidatim deducto, a Roma Neapolim ob natalis coeli salubritatem reverti, comitem valido cum praesidio Tuderti[3] imposuerit, cui demandatum est, ut caveret una cum aliis ducibus, ne quid respublica, se absente, detrimenti pateretur: quod summa cura diligentiaque praestitit. Rex tamen, sic volente Deo, vix Neapolim adveniens, eodem illo morbo in Arce Nova idibus Augusti moritur, non sine veneni suspicione, licet inconstanti rumore, maximo tamen Neapolitanorum luctu atque moerore, ut nobis quoque nepotibus tanti regis desiderio haud multum longinquitas temporis moestae recordationis abstulerit, eiusque mors in dies nobis recentior efficiatur[4].

* * *

Successit fratri Joanna cognomento Secunda, et quoniam vidua, liberorumque expers, contemptui haberi coeperat, et plerique, qui pro fratre Ladislao steterant, ad perpetuum regni aemulum os obvertebant, operae pretium visum est exercitum omnem ab Etruria ad Regni tutelam evocare. Venit igitur cum credito sibi milite Serzan comes, etsi non parum moerens morte sui principis, solers tamen constansque ad obsequium successoris; tantoque in his praestare nitebatur, quanto magis rerum status exposcere videbatur. Inito igitur consilio de stabilienda regina, auctor sententiae fuit, ut omni studio arteque ad pontificis gratiam res perduceretur, non modo feminae absque viro et liberis, verum etiam masculo regi, omnique munimento vallato, ad hoc Neapolitanum Regnum in tranquillo detinendum, pernecessaria. Quam sententiam tam veris argumentis probavit, ut in eam a ceteris proceribus atque primatibus itum sit. Deliguntur ad pontificem idonei ad rem peragendam oratores[5], quos inter Laurentius ex Divi Augustini professione vir, aetatis suae apud theologos eminens, quem Tricaricensem praesulem vidimus in aede maxima ad populum sacra verba facientem doctissime; iniunctumque his, ut omni studio atque conatu pontificem reginae benignum redderent. Hanc esse legationis summam; animadverterent quoque, per quos id perfici posse sperarent, non parcendo donis aut pollicitationibus, dummodo voti compotes reverterentur.

Erat iam Martinus Columna, devoluto Joanne, in catholico Christianorum concilio non modo cardinalium, sed etiam aliorum principum, praeside imperatore, in pontificem assumptus[6],
Mur., 25 revertentemque eum in Urbem adie'runt, reginaeque nomine suppliciter salutarunt, nuntiave-

---

1. Romanam *P* — 3. Mur. *lesse* erigere *in luogo di* augere — 5. Tuderti *om. in A e C* — 6. ceteris Mur. — 7. Rex *P*; Regnum *A* — 8. vix *om. in C* — 9. rumore *om. C* - omnium Neapolitanorum *C* — 15. revocare Mur. — 16. obsequium successori praestiturus *C e* Mur. — 21-22. Mur. *lesse* optimatibus — 25. Mur. *bene corresse* reddant *dei codd.* — 26. id *om.* Mur., *che è nei codd.* — 27. Mur. *corresse il* revertantur *dei codd.* — 28. Mur. *lesse male* deiecto *per* devoluto — 30. *P aggiunge dopo* Urbem Romam

[1] Ladislao prese Roma l'8 giugno 1413; il 4 luglio fu innalzata la sua bandiera sul campanile di San Pietro e il 23 ottobre venne occupato Castel Sant'Angelo. *Diurnali detti del duca di Monteleone*, ediz. cit., p. 62.

[2] Ladislao andò all'impresa di Toscana nel maggio del 1414. Si ammalò nel luglio di quell'anno. Tornò a Napoli il 2 agosto e morì il 6 dello stesso mese. *Diurnali* cit., p. 63.

[3] *Tuderti* = Todi. Sergianni tornò a Napoli nell'ottobre 1414.

[4] La fama di re Ladislao, come di sovrano buono e cavalleresco, amico dei soldati e del popolo, e ostile ai "tiranni" ossia ai baroni, durava ancora al tempo del nostro scrittore.

[5] È questa l'ambasceria, menzionata dal Faraglia (*Storia della regina Giovanna II d'Angiò*, Lanciano, 1904, p. 123), della quale fece parte, tra gli altri, il teologo agostiniano fra Lorenzo di Aversa vescovo di Tricarico.

[6] Martino V (Ottone Colonna) fu eletto l'11 novembre 1417 e venne incoronato il 21. Non si sa il luogo, nel quale gli ambasciatori della regina incontrarono il papa, ma certo non fu a Roma, dove Martino V arrivò circa tre anni dopo.

runtque illam Sanctitati suae perpetuum obsequium praestituram; unde sibi regnoque suo haud dubiam speraret felicitatem, freta illius benignitate et officiis in posterum praestandis eius Beatitudini Apostolicaeque Sedi. Quod autem Ladislaus rex frater bellum gesserat, non odio Sacrae Sedis Pontificiae, neque aviditate propagandi fines regni, susceptum esse, sed in Joannem pontificem, omni vi enitentem eum de Regno eicere in ducis Andegavensium gratiam. Etenim quod ita revera fuerit, brevi ipsam experimentis fore probaturam. Gratam sibi pontifex orationem reginaeque mentem esse respondit: se brevi Romam perventurum, ubi haec omnia commodius tractari poterint. Interim iubebat reginam bona spe bonoque animo esse, modo pollicita incorrupta servet constantique fide; sic enim conditionibus non iniquis voti compotem futuram fore.

Revertentes ergo legati, expositis, quae egerant, ingenti laetitia regiam ipsam, quamvis non totam, opplevere. Quippe quantum spei praesenti statu contentis addiderant, tantumdem novarum rerum studiosis ademerant. Consultare dein visum est, quem potissimum ad tantum negotium delegarent; consideratisque omnibus, neminem aptiorem Serzanne comite invenerunt; florebat enim aetate atque peritia, qua non minus moderari foedera, compositionesque rerum domi forisque curare posset, quam fortiter militem perinde ac ducem agere. Inerant illi praeterea naturae dotes, forma egregia virilis, auctoritas tanta, ut in privato etiam appareret. Has et propria gravitate atque modestia omni libidini adversa, maiorem in modum honestaverat; quin et familiam, cuius studiosissimus erat, etsi optime institutam, elegantem quoque et nitidam habebat, reliquoque domus apparatu non minus splendido spectandoque utebatur: quae omnia, cum penes se domi haberet, accingenti sibi ad legationis munus, non foris accersenda fuerunt [1].

Igitur omnibus hisce instructus, seque in primis ad quodvis facinus praesentissimo, pontificem adiit, a quo humaniter benigneque habitus est: et quamvis multiplicibus occupationibus et curis ob novum pontificatum tantisque implicitis rebus districtus esset, pontifex tamen illum audire et coram per se rem conferre non destitit, delectatus viri ingenio, a quo nihil non opportunum ad remque spectans audiret, nihil scurrile aut putidum interferentis, sed quae fidem sinceritatemque praeseferrent [2]. Unde brevi inter eos conventum est, ut ipsa regina arcem Sancti Angeli, et Tiberinam Ostiam Urbemque Veterem, et quae oppida Ladislaus praedecessori pontifici Joanni ademerat, et adhuc illius praesidiis tenerentur, Sedi Apostolicae et ipsius Martini praesidi statim tradi curaret [3]: quin et censum annuum a priscis pontificibus Regno iniunctum quotannis ad praestitutam diem fideliter penderet; et, si quando Ecclesia indigeret, suo ipsa aere iuxta Regni vires militem, sive terra, sive mari, ad illius subsidium compararet. Redhibitio, quae praesens fieri poterat, illico per comitem facta est, arcis scilicet Ostiaeque, et reliquorum Romae adiacentium. Praefecti enim statim, visis signis, quae comes ipse ostenderat, omnia dedere. Haec autem coram, reliqua vero, quae dilationibus indigebant, praesenti iureiurando firmata sunt. Fuerat enim conditionibus cautum, ut, his' servatis, pontifex a cardinalibus unum e latere delegaret, qui in Regnum pro- Mur., 26
ficisceretur et collationis confirmationisque Regni diplomata ac bullas reginae deferret, corona

---

1. suae Mur. *invece di* eius, *che è nei mss.* — 2. in posterum *om.* C — 5. nitentem Mur. — 8. poterunt Mur. — 10. voti *om. nei codd.* — 13. de his Mur. *invece di* dein — 15. *A e P aggiungono dopo* foedera honeste tempestiveque — 17. *I codd. aggiungono* principaliter *dopo* etiam — 23. hisce *om. nei codd.* - sic in primis Mur. — 25. Mur. *sostituì* novum *al* succedentem *dei codd.* - distractus Mur. — 27. minus grave Mur. *invece di* putidum — 29. Ostia Tiberina Mur. — 30. decessori Mur. — 34. Restitutio Mur. — 36. reddidere Mur. — 37. dilatiunculis Mur.

[1] Sergianni partì dal Regno il 13 novembre 1418: si sa che la missione costituì un elegante pretesto per allontanarlo dalla corte, giusta il volere di Muzio Attendolo Sforza. *Diurnali*, cit., p. 71.

[2] Sergianni incontrò il papa a Mantova sul cadere del novembre 1418.

[3] *Arcem Sancti Angeli* = Castel Sant'Angelo. *Tiberinam Ostiam* = Ostia. *Urbem veterem* = Civitavecchia. I castelli romani furono consegnati al nipote del papa Antonio Colonna, Faraglia, *op. cit.*, p. 125.

insuper ac sceptro reliquisque, ut moris est, insignibus illam exornaret, populosque etiam et proceres in verba, et fidem, salutemque reginae iurare cohortaretur.

Haec diligenti sedulitate omnia perfici comes curaverat. Inde bona pontificis venia cardinaliumque gratia, apud quos opinionem eam de se reposuerat, ut amari et suspici aequum videretur. Bono igitur animo una cum Cardinali Florentino, plurimae inter fratres collegii auctoritatis, Neapolim versus ire coepit; aberatque Roma itinere unius diei, cum praeire cardinalem festinat, ut illi pompam apparatumque redderet illustriorem, quem quidem maturrime exactissimumque praestitit [1]. Utque par erat, honorifice Neapoli acceptus est, ubi nihil antiquius praestare visum fuit, quam quod Serzan Romae reginae nomine promiserat, ipsa praesenti iuramento firmaret: qua re praestita, cardinalis reginam coronavit regiamque vestem, ac reliqua, quae religiose ac solemniter in Regno constituta pretenderent, ei contulit. Sicque regie coronata et induta, legato Sedis Apostolicae oboedientiam fidemque promisit, eodemque iureiurando populos proceresque Regni eadem praestare reginae iussit cardinalis et vidit. Ut igitur tot officiis tamque saepe exhibitis, et huic praesenti, quo tam insperata a pontifice obtinuerat, reliquorum maximo, gratiam rependeret, et se gratam ac munificam ostenderet coronata hac celebritate regina Serzannem comitem Magnum Regni Senescalcum creavit [2]: quod munus novissimum inter primores Regni magistratus adscribitur, qui omnes praesidenti etiam publicis rebus principi arduaque per se agitanti ceteris proceribus propius assident, et totius Regni negotia ab his septem omnibus singulatim distributa curantur.

Est praeterea Magni Senescalci toti regiae moderari universaeque familiae, et una cum his negotia tractantibus ius dicere. Insuper cavere vigilanter, ne fercula, aut cibi, quos princeps sumpturus est, veneficio aliquo inficiantur; solemnibus etiam regalibus coenis atque epulis equo insidere, alba veste serica, aureis laqueis circumplexa, dapes instructas ante praegustare, et, cum ad mensam regiam devenerit, equo desilire, lancemque a discophoro sumptam per se inferre, deinde praegustando explorare; atque, his peractis, iterum equum conscendere, et eodem ministrorum comitatu ad alia fercula importanda reverti. Hunc morem Magnus Senescalcus servaturus semper est, etiam si centies novi cibi inferendi essent. Hoc itaque spectaculum, eo tempore diu intermissum, renovari per virum, maiestatem quamdam forma ornatuque referentem, non modo iucundum, sed venerandum fuit. Utque magistratum splendidius agere posset plurisque habere, quoniam Regni curam illi regina concesserat, Venusio eiusque oppidis donatus, ducisque nuncupatione ac dignitate insignitus est [3].

*
* *

Creverant Serzanni iam duci, una cum dignitate et fortunis, labores atque discrimina. Quippe semina Andegavinae factionis aliquamdiu depressa fibras diffundere ad uberiores

---

4. aeque Mur. — 6. alterius Mur. *invece di* unius — 7. maturrime *A*; Mur. *lesse* maximum — 9. Mur. *lesse male* comes *in luogo di* Romae — 11. ostenderent Mur. — 12. regina Mur. — 17. *Mancano in A le parole da* quod munus *a* adscribitur - *A e C* qui omnes, *che* Mur. *om.* — 18. etiam *om.* Mur. — 19. omnibus *om.* Mur. — 21. vascula Mur. *invece di* fercula, *che è nei codd.* — 23. albo, veste serica *A*, *seguito dal* Mur.; *ho preferito la lez. di C* — 24. descendere Mur. — 25. degustando Mur. — 29. praeferentem Mur. — 30. plurisque haberi *om.* Mur., *che è nei codd.* — 34-p. 29 l. 1 ad uberiorem segetem non desistebant Mur.

[1] Fu incaricato dell'investitura della regina il card. di Venezia Pietro dal titolo di S. Maria in Domenica, che giunse in Napoli il 24 gennaio 1419 e fu ricevuto solennemente con l'onore del "pallio". Sergianni non ritornò prima, ma dopo l'arrivo del legato pontificio, limitandosi a dar conto da Gaeta della sua missione. L'incoronazione di Giovanna ebbe luogo il 29 ottobre 1419, Faraglia, *op. cit.*, pp. 125, 141-42, 150 e sgg.

[2] La nomina di Sergianni a "Gran siniscalco" precedette e non seguì i fatti narrati sinora dal Caracc., essendo essa avvenuta, secondo osserva il Faraglia, *op. cit.*, p. 105 e nota 1, tra la fine di ottobre del 1417 e i primi del seguente anno 1418. Certo è che nella prammatica *Filangiera* del 25 gennaio 1418 egli è già indicato col titolo di "Gran siniscalco".

[3] Sergianni ottenne il ducato di Venosa, a titolo vitalizio, con privilegio datato da Aversa il 12 marzo 1425.

segetes non destiterant, adeo ut, quod non verisimile, attamen verum est, plerique 'Dyrrachinarum partium, et, quod iniquius videbatur, Ladislai etiam regis alumni, ab illo sororeque bene habiti, censuque honestiori adaucti, Andegavensem praeoptarent, illumque Regno intrudere meditarentur. Hi primum, adscitis ex reginae intimis, quos obtrectare Magnum Senescalcum illumque statu praesenti deturbare satagentes noverant, per eosdem stimulare reginam non cessant; cui persuadere contendunt imminere periculum novandarum rerum, et, ni Magnus Senescalcus a Regni gubernatione regiaque eiectus amoveretur, et privatim illi fines describerentur, fore ut odium, in illum conceptum, in reginam quoque verteretur, cui hac una ratione totique Regno quietem futuram perspicerent. Hoc etsi ex invidia nasci videbatur (erat enim Serzan populo quam carissimus, tum ob iustitiae rectitudinem, tum ob annonae curam ac diligentiam) tamen visum est livori cedere et perfidiae praetestum abrumpere. In insulam itaque Prochytam emissus est [1], huiusmodi conditione, ut Neapolim, non nisi evocatus, repeteret: quod quidem modeste tulit, fretus, necessario rerum statu ita poscente, se brevi maiorem reversurum. Eo igitur amoto, et intra Prochytam detento, liberius Andegavensi aspirare coeptum est, adeoque de regina deque eius regno male opinari, ut quos ipsa ad Ludovicum de compositione miserat, non sint veriti illi dissuadere, nec dubitaverint in illam, a qua oratores missi fuerant, hostium duces reverti. Pergebat interim hostis in Regnum, et augebatur in dies exercitus, non ad bellum, sed ad praedam ire persuasus. Defecerant enim ad eum multi, partim cupiditate optati principis, partim metu ne, perditis reginae rebus, ipsi dignitatibus fortunisque evolverentur; ideoque praeoccupare Andegavensem curabant. Erant qui vellent, ac disseminare rumores non cessabant, Ludovicum non citra pontificis nutum se accinxisse: quod credibile faciebat nuper non semel similiter factum vidisse. Adventante propius subinde hoste, et iam Regni fines tenente, omnis nutare Dyrrachina res, casumque expectare, praecipue moderatoris defectu, videbatur. MUR., 27

Circumspectis omnibus, Magnus Senescalcus unus iudicatus est, qui cuncto discrimini occurrere posset, tum virtute spectata, tum fide. Itaque reginae consuluere, necessarium videri illum revocari, hominem populis carum, et eius Maiestati fidelissimum; si quod esset, hoc unum fore praesidium. Orta ex opportunitate occasione, et boni omnes qui res salvas cupiebant, et amici necessariique Magni Senescalci audentius id exposcunt. Aequum itaque petentibus assensum est. Rediit [2] ergo ingenti omnium favore, et partium spe, et, quamvis semper, eo tempore maxime modestiam animique magnitudinem praesetulit: quippe ne signum quidem praelati in se odii ostendit; imo potius eumdem erga eos, qui in se egerant, acturique longe peiora, data opportunitate, fuissent, reversus se praestitit, obsequiique in reginam plus exhibere non potuit. Et cum fide diligentiaque rei praesenti aequaliter egregiam operam dedisset, in hac tamen, quae discriminis plus habere videbatur, solito maiorem operam navavit, animo quidem parili in maximis peragendis se prodente. In primis igitur reginae assidere sibi fidelium et negotia callentium concilium belle persuasit, utque nutan'tes stabiliret, et illud non parvi faceret, quod adversarii pervulgaverant, alienatam scilicet pontificis mentem; hoc autem vanum esse, quibusvis nuntiis ostenderet. Cogitaret insuper, quonam apparatu tam imminenti discrimini obviam ire posset; interim muniret urbes, milites oppidatim in praesidiis distribueret. Nam conferre castra exiguitas copiarum non sinebat. Consultatum est interim MUR., 28

2. *I codd. om.* etiam — 4. nimirum MUR. *invece di* primum - obtrectare adversus MUR. *che non è nei codd.* — 7-8. et privatim .... describerentur *om. in* MUR. — 9. noscebatur *A* — 11. MUR. *lesse* loco *invece di* livori — 15. ominari MUR. — 17. hostis MUR. — 25. tanto MUR. *invece di* cuncto — 27. fidissimum MUR. — 31. maxime *om. A* — 37. MUR. *lesse* belli *per* belle — 41. *I codd. om.* copiarum - permittebat MUR.

[1] Sergianni si ritirò a Procida sin dall'ottobre del 1418, e di là mosse alla missione presso il pontefice, che il Caracc. ha narrato prima.

[2] Sergianni tornò a Napoli dopo che se ne erano andati lo Sforza e il marito della regina Giacomo de la Marche e fu presente alla incoronazione di Giovanna (FARAGLIA, *op. cit.*, p. 142). In quel momento il Regno non correva ancora alcun pericolo immediato da parte degli Angioini.

(quod praecipue rerum status poscere videbatur), quisnam prope affectis rebus subvenire vellet et posset. Perlustrantibus ergo enixiori cura christianorum principes, et aliis alios proponentibus, unum se offerre ait, qui subsidium validius ac praesentius ferre posset, Alphonsum scilicet Aragonum regem, iuvenem alacrem, impigrum, gloriae propagandique regni avidissimum. Erat enim fama hunc eo tempore in Africae insulam Lothophagiten quae hodie " Gerbis „ dicitur, expeditionem parare [1]. Praeterea Siciliae dominari, quae tam angusto freto a Regno et Continenti dirempta est, ut utraque terra procul spectantibus continua videri possit, unde quam facillime commeatus omnis generis abunde, milites, equi, frumenta, aliaque praeterea bello opportuna afferri possunt, et tam ad manus esse, ut non allata, sed ad Regnum nata esse videantur. Hunc itaque sine controversia ex his principibus, qui interiori hoc nostro mari utuntur, esse potentissimum; habere enim et milites, et remiges e suis regnis, non parandos aliunde in hostes, et aeque in maris tempestatibus, navigandique peritia graviter instructos et exercitos.

Qua dicta sententia, non ulterius de perquirendo, a quo esset expectandum auxilium, sed de Alphonso rege quam ocissime evocando conciliandoque, omnibus visum est. Legantur igitur ad illum viri prudentes [2], et partium deditissimi, qui, quanta maxima potuerunt celeritate, regem adeunt, offenduntque illum, deducta classe, iam iam in Gerbim soluturum; est enim Tunensis ditionis insula. Exposita legationis summa, praefatisque opinione et fide quam de eius Maiestate regina conceperat, ipsum, aut neminem fore, qui illam praesenti periculo infestissimi hostis liberare posset, oblatas conditiones libenter arripuit rex. Magni enim ducebat, Regnum hoc reliquis suis connectere; nec minus gloriosum, quam regali officio dignum, se obsessae reginae liberationem patrasse. Obtulerant autem oratores statuisse reginam, si ei adeo validas suppetias attulisset, ut hostem Regno submoveret, eum post mortem eius regni successorem adoptivumque filium relinquere. Interim Arcem Novam Neapolis, insulamque Aenariam, quae hodie " Ischia „ dicitur, pro eius sede, et Regni hereditarii praerogativam illi tradere.

Dimissis itaque oratoribus ut, praenuntiata adventus sui celeritate, nutantes in fide continerent, fidelibus vero obstinatis quodvis periculum pro regina tuenda subeundi, spem animumque attollerent, misit etiam in urbem Romam ad negotiorum suorum procuratores, ut Italum equitem peditemque conducerent, qui sibi Neapolim appulso praesto esset, atque, ut maiori diligentia curaretur, etiam cur fieri vellet, adscripsit, stipendio liberaliter praebito: quod non minus provide, quam celeriter actum est. Quippe Brachium Montonium, sua tem-
Mur., 29 pestate militiae ducem in primis nobilem, pro rege obaeratum habuere;' pollebat enim exercitu sua disciplina instructo. Interim rex bene valida classe ad praestitutam diem litoribus nostris appulit, tantisperque distulit navalem militem exponere, quoad Brachius cum terrestri appareret, quo et ille non diu moratus advenit [3]. Primo igitur congressu belli statum consti-

2. christianos Mur. — 5. Lotophagum Mur.; sive Geropolim *aggiunge P*; Erapolim *A, ma si tratta di denominazioni coniate dai dotti e non entrate nell'uso comune* — 7. a Regni continenti Mur. - utique.... continuo Mur. — 10. Regno innata Mur. — 15. citissime Mur. — 18. Tunetanae Mur. - opinionem et fidem Mur. — 20. infensissimi Mur. — 24. eius *om.* Mur. — 25. in Regni Mur. — 28. ad quodvis periculum.... subeundum Mur. — 28-29. adderent animoque spem Mur., *ma i codd. hanno* attollerent — 35. adfuit Mur.

[1] Alfonso d'Aragona mandò il fratello Pietro all'impresa di Gerba soltanto nell'autunno del 1424.

[2] Furono deputati ambasciatori ad Alfonso d'Aragona Antonio Caracciolo, più noto col nome di Malizia Carafa, amico di Sergianni, Giovanni Bozzuto, Carafello Carafa, Bonifacio di Bonifacio ed il segretario Pasquale di Campli, abruzzese, i quali partirono da Napoli alla fine di luglio del 1420, dirigendosi ad Alghero, dove dicevasi fosse il re. Ai primi di agosto, stando all'assedio della città di Bonifacio in Corsica, l'Aragonese accettò di intervenire nelle cose napoletane. Il 6 settembre i suoi rappresentanti giunsero in Napoli e il giorno dopo Giovanna dichiarò solennemente in Castelnuovo di volerlo adottare come figlio. L'11 settembre poi Castel dell'Uovo fu consegnato ai delegati di Alfonso e il 19 questi fu investito del titolo di duca di Calabria. Faraglia, *op. cit.*, pp. 177, 179, 183, 184, 185.

[3] Alfonso giunse in Napoli l'8 luglio 1421, dopo di essersi fermato tre giorni circa a Castel dell'Uovo. Braccio da Montone da lui assoldato già si trovava nella città. Faraglia, *op. cit.*, p. 200.

tuerunt. Rex enim Neapolim tutandam, illiusque potiundae spem hostibus adimendam suscepit; Brachii vero partes fuere, ut ita hosti se opponeret, ut ille nequidquam proficeret, captata tamen prius opportunitate utrumque exercitum iungendi. Cum igitur hostis id se prohibere non posse, nec iunctis parem se cognosceret, coactus, obsidionem solvit et Regno egressus est.

Itaque, re pacata Magni Senescalci maxime diligentia, nequaquam tamen ipsi otium aut quies contigit; maioris enim curae laborisque fuit, regem reginamque, ne dissiderent, continere, quam, ut antea unirentur, fuerat. Regina enim iam regem suspectum habere coeperat; rex vero muliebrem inconstantiam vereri, ne, si diutius illa viveret, non modo interim ipse regno careret, cui maxime inhiabat, verum etiam, longioris temporis intervallo, reginae animo mutato, successione frustraretur. Non cessabat propterea Magnus Senescalcus omni studio et industria alteri suspicionem adimere, alteri vero spem bonam facere: sic aliquando inter eos versatus est, ut neutri suspectum se praebuerit.

Tandem rex, ut morae impatiens, diem, quo Regni successor fieret, praevertere festinat, reginamque sub tutelae nomine suae ditioni subdere. Itaque deliberanti, quonam modo id assequi, citra maiorem tumultum, posset, fuere ex intimis, qui consulerent, si Magnum Senescalcum antea caperet (in illo enim res omnes inniti), hoc uno exarmatam reginam ad eum quibusvis conditionibus deventuram. Aderat consilio opportunitas. Consueverat enim Magnus Senescalcus quotidie regem in arce convenire, tum officii gratia, tum, si quid dissentionis inter utrumque principem exortum esset, ut ipse componeret. Cumque solitum morem servasset, nihil tale veritus, ut qui futurum sibi regem veneraturus accesserat, vi detentus est [1]. Id ex comitibus unus, qui secum ierant, signis et coniectura praevidens, et regi comitibusque equos parari animadvertens, furtim e regia se proripuit, reginam propere adiit, nuntiat se facile observasse Magnum Senescalcum a rege esse captum, et, ut non obscure coniecturari licuit, mox ad ipsam reginam arcemque oppugnandam illum iam iam adfuturum: proinde sibi reique quamprimum consulat. Festinantibus ergo, qui eam salvam optabant, periculo impendenti occurrere: ecce rex adest adeo celeri adventu, ut, adita priori pontis parte, quae in urbem emittit, vix praefectus arcis alteram partem ad portam attollere atque attrahere spatium habuerit. Rex interim, interrupta ingrediendi via, haerens immotusque, e moenibus ac propugnaculis saxis impetebatur, adissetque fortasse vitae periculum (vertere enim per se equum ob angustiam pontis erat difficillimum) ni eques Neapolitanus quidam, loris apprehensis, equum ad regressum tuto vertisset [2]. Atque ita discrimen evasit, speque frustratus, unde venerat, non recta, sed per angustas viarum flexuras, infrequentesque urbis partes reversus est; et quod dolo non successerat, id vi aggredi parat. Mur., 30 'Interea Magnum Senescalcum arctius servari iubet, oculatamque illi insuper custodiam apponi; quippe bini semper aderant, qui, sibi invicem succedentes, quidquid ageret, observarent; quin etiam ne noctu quidem quiescere ac somnum capere sinebant, ac sub praetextu ratiocinii insomnem illum vexabant. Auditumque est ab eo, iam liberato, pertimuisse se ne tali tormento deficeret.

2. opponeretur Mur. — 3. uniendi Mur. — 4. parem fore *P* — 8. antea *om. A e C* - erat Mur. — 10. largiore Mur. — 11. Mur. *lesse* opera *in luogo di* animo; animo mutato *P* — 16. potuisset Mur. — 19. officii *om.* Mur. — 19-20. dissidiosi Mur. — 25. coniectari Mur. - occupandam Mur. — 26. sibi suaeque vel Mur. — 27. imminenti Mur. — 28. Mur. *lesse* pontis *invece di* ad portam — 34. regressus Mur. — 35. apposuit Mur. — 38. macerabant Mur.

[1] L'imprigionamento di Sergianni ebbe luogo in Castelnuovo il 25 maggio 1423. La regina Giovanna, che trovavasi in Castelcapuano, ne ebbe notizia dal mercante fiorentino Gaspare Bongiani, il quale, per mezzo di un suo garzone, mandò ad avvertirla che stesse in guardia. *Diurnali*, p. 78.

[2] Allorchè re Alfonso giunse innanzi a Castelcapuano, trovò il ponte ancora abbassato, chè quei di dentro non avevano fatto a tempo ad alzarlo: si accingeva quindi a oltrepassarlo, quando "Jannotta di "Capua, castellano, gli corse incontro, e, afferrato il "freno, ricacciò dietro il cavallo, che adombrò, sdruc- "ciolò e mandò il re sossopra „. Faraglia, p. 235. Chi aiutò Alfonso a trarsi dal mal passo, in cui si trovava, fu Giovanni de Bardaxi, dunque non un cavaliere napoletano.

Vallabat interim rex interiorem arcis partem, quae civitatem spectat (nam illa illi parebat) suo navali milite, quo maxime pollebat; exteriorem vero partem fossa valloque sepsit, ne vis aliqua externa ad deducendam reginam erumpere posset. Munitionibus praesidere voluit electam totius regni sui nobilem manum, quae eum, ut par erat, magnifice armis equisque, ac cetero ornatu apparatuque instructa secuta fuerat. Anxia regina, variisque consilis disquirens, cuiusnam vires impendenti periculo mederi possent, perlustratis omnibus, unus Sfortia Attendolus par tantae rei inventus est. Ad hunc itaque stativa per id temporis cis Calorem fluvium in agro Beneventano habentem [1], legantur idonei nobilesque viri, et quorum dictis ob eorum auctoritatem fides haberi possit, eumque reginae nomine salutatum rogant, ut velit obsessam suis armis liberare; idque ingenti emolumento et gloriae sibi suoque exercitui futurum. Obtulerunt insuper Magnum Comestabulatum, supremum ex septem Regni magistratibus, cuius officium sit omnibus militibus in regno commorantibus moderari et equites peditesque illius dicto audientes esse. Eique etiam oppida fortunasque plurimas polliciti sunt reginamque effecturam, ut ipse inter maximos Regni principes annumerari merito possit. Dictas conditiones arripuit, beneque sperare, qui eam remque suam salvam vellent, hortatur; brevique se talem operam navaturum promittit, cuius et hostes poeniteat, et per quam regina libera et domina permansura sit; sibi autem illam longe ampliora pollicitis debituram, se esse curaturum.

Proxima igitur nocte de prima vigilia movit; neque impedimenta, aut sarcinae morabantur, quin expeditissimus graderetur. Ductabat enim exercitum vetere militia duratum, frondeisque tentoriis uti solitum, et humi somnum cibumque capere assuetum. Ante quartam vigiliam prope Acerras substitit, ubi tantisper moratus, dum milites corpora curarent, et ipsos ad pugnam hortaretur, quibus dum adstiterant, " advenisse tempus, inquit, quod aliquando " optare forsitan potuerant, sperare autem minime potuissent; non votis illud, non supplica- " tionibus obtentum, sed Dei munere oblatum, et quo tantos labores, indigentias, vulnera et " sociorum caedes, aliaque multa incommoda, quae diutius perpessi fuerant, quaeque hactenus " aut propter hostium, aut locorum ignobilitatem sepulta, et quasi non facta silebantur, hoc " uno certamine, si praesagientibus animis credere velimus, victoriam dicere possumus, et " cum se in lucem nomenque dabit, nos potioribus opibus et spoliis ditabit et augebit, et laude " nobiliores reddiderit. Quippe direpturi sumus regium exercitum, nobilem illum quidem ac " divitem, exibiturum nobis plus opum, quam discriminis aut vulnerum; qui etsi generosi ala- " cresque sint, novimus tamen disciplinae militaris ignaros, laborique insuetos, famis frigo- MUR., 31 " risque impatientes, quae solent esse virtutum subsidia'. Irent ergo, Deo bene iuvante, et sui " similes, eosdemque suo duci se praestarent, quos multis proeliis pro longe minori emolu- " mento et gloria saepe certare vidisset. Quod ad se attinet, eo se ordine arteque ducturum, " ut boni ductoris officium desideraturi non sint. Ipsi vero sciant, uno si tantum ictu hostem " viriliter impetant, hostilemque impetum semel constanterque suscipiant, ingenue sibi per- " suadeant se vicisse ".

Ducis verba alacri clamore accepta victoriae fiduciam ostendere. Strictis ergo ordinibus in hostes ire pergunt, petentibusque militibus, symbola ac signa quaedam, quibus inter pugnandum se hostesque discernerent, ut quem ferirent, quem vitarent, dignoscere possent: " in " promptu est — inquit — vobis ut herbis, aut vepribus, aut dumis, aut aliquo duriori ramu-

---

4. disquirente *A*, *seguito dal* MUR.; disquirens *C* - discrimini MUR. — 7-8. MUR. *lesse, malamente,* statim.... agro Beneventano haerentem — 11. obtulerat MUR. — 13. oboedientes MUR. — 15. MUR. *lesse* Laetus *in luogo di* Dictas — 17-18. *I codd. hanno* sibi autem longe ampliora pollicitis debitum in se esse curaturum, *ma il* MUR. *corresse bene* — 24. *I codd. hanno* debuissent, *salvo C, seguito dal* MUR. — 25. MUR. *lesse* obventum — 33. MUR. *lesse male* Irent ergo bene — 34. perlonge *C* — 40-41. pugnandum et micandum *P* — 41. vobis ut *om.* MUR.

[1] Muzio Attendolo Sforza si trovava presso il convento di Mirabella nell'Irpinia, donde mosse nella notte sul 27 maggio del ricordato anno 1423, scontrandosi con le milizie aragonesi presso le mura di Napoli a Casanova il giorno successivo. FARAGLIA, *op. cit.*, p. 237 sgg.

" sculo se quisque vestrum insigniat, utpote e nemore venientem: satis enim nos fortunae " discreverunt. Quippe quot bene loricatos, ardenti purpura indutos, torquibus ornatos, " nitidis phaleratisque equis insidentes conspexeritis, hos, strictis mucronibus, infestisque " cuspidibus petite, vulnerate, urgendo sternite „ [1]. Ingentes animos illis verba ducis fecerunt; sicque, agmine composito, et ad subita omnia parato, in hostes pergunt.

Resciverant iam Aragonii, qui munitionibus praesidebant, hostem iam dudum se offerre, et ne timiditatis arguerentur, simul et ut hostium humilitatem prae sua nobilitate contemnentes se proderent, in patentem viam decertaturi prodierunt. Ubi ad manus ventum est, dedere specimen generosae conditionis regiaeque educationis, diu fortiter pugnam substinentes. Quod animadvertens Sfortia, immissa veteranorum turma per callem hostibus inobservatum, sibi, utpote regionis gnaro, bene notum, pugnantes a munitionibus intercipit, ipse suos a fronte impetu vehementiori urgere hostem imperat. Aragonii, verentes intercludi, dum se ad munitiones recipere conantur, instante hoste, obstructoque ad suos itinere, perpauci evasere. Maxima pars, et nobilissima, capitur, munitiones deiciuntur, arci liber aditus datur. Iamque per vias civitatis vicatim pugnabatur; navalis enim miles per angustias vicorum pervagari equitem non libere sinebat. Maxime cum deventum est ad infimas urbis partes, Novae Arci et cothoni propinquiores, ibi Sfortiadae insequi destiterunt, et nequidquam proficientem equitem, et in maximo periculo versantem, Sfortia retraxit Arcem Capuanam versus; unde exemptam reginam, qui ei favebant, Aversam deduxerunt, ne forte iterum simile periculum subiret. Rex vero cum neque praesidii satis ad tutandam urbem, neque equitem ad eruptionem in hostes faciendam pollentem haberet, suos recensendo reperit se paene desolatum, regnumque suum velut exanime corpus, proceribus fere cunctis bello captis et custodia detentis. Ergo ad reginam de captivorum commutatione misit, cui, post aliquas oblatas et utrinque reiectas conditiones, tandem rex, licet invitus, assensus est, ut Magnum Senescalcum pro maxima detentorum procerum parte commutaret, inter quos et comites, et marchiones, et duces fuere nonnulli. Quanti autem constitit illa redemptio, oppida, quae Sfortiae data sunt pro captivorum cum Magno Senescalco commutatione, facile ostenderunt, quippe quae octoginta millia aureorum summam excesserint [2]. Ad haec pauca me de tanto viro duce Sfortia narranda, tum rei opportunitas, virique alacritas, tum maxime existimatio eius filii Francisci Sfortiae, Mur., 32
quem ipsi Mediolani ducem vidimus, traxit; eumque si fata ad haec tempora servassent, profecto hanc nostram Italiam conculcatam, attritam, omnique splendore privatam nequaquam cerneremus. Sed de hoc satis.

Serzannem statim ea captivorum commutatione liberatum, recuperandae Neapolis cura invasit. Reliquerat enim in eius praesidio Alphonsus, Celtiberiam repetens, Petrum fratrem, cumque eo Jacobum Caldolam ducem excellentem, electaque militum manu subnixum [3]. Ex

---

1-2. fortuna discernit *C*; satis nobis fortuna deservit Mur. — 2. Mur. *lesse malamente* sericatos — 3. nitidis *om.* Mur. - infensisque Mur. — 4-5. ingentis animi.... fuerunt *C e* Mur. — 7. simul et hostium.... contemnentes *A* — 8. deventum Mur. — 16. ventum Mur. — 16-17. Mur. *lesse malamente* coronae *in luogo di* et cothoni — 19. simile *om.* Mur. — 21. dissolutum Mur. — 33. ex Mur. *invece di* ea

[1] *Diurnali*, p. 79: " De che la gente d'arme de " Sforza adomandaro: — Che insignale havemo? — et " esso rispose che feressero ali ben vestiti et bèn a ca- " vallo, perchè loro stavano male a cavallo, rugilenti " (*dalle corazze arrugginite*) et male vestiti, et questo " fu lo insignale „.

[2] Sergianni fu scambiato con dodici baroni di parte aragonese, che furono Raimondo di Perellos, il quale aveva accettato l'adozione di Giovanna in nome di re Alfonso, Giovanni Moncada, Bernardo Centelles, Giovanni de Bardaxi già nominato, Raimondo Moncada, Federico, Enrico e Giovanni Ventimiglia ed altri. Da parte sua la regina compensò gli sforzeschi, ai quali spettava il danaro del riscatto, che avrebbero dovuto pagare i baroni aragonesi, con feudi e signorie del valore, come dice il Caracc., di 80 mila oncie d'oro. Giovannello Zurlo ebbe così la contea di Potenza. Faraglia, p. 246, che cita i *Diurnali*, p. 80. Il prezzo del riscatto dei baroni dati in cambio del Gran siniscalco ammontava, secondo l'aut. della detta cronaca, a oltre 2 mila ducati napoletani (lire 8500).

[3] Alfonso lasciò Napoli a mezzo ottobre del 1433, affidandola all'Infante Pietro e a Giacomo Caldora con mille fanti e duecento cavalli. *Diurnali*, p. 81.

quo igitur Magnus Senescalcus carcere exierat, nil antiquius duxit, quam omni ratione et per pararios utrisque fidos cum Caldola agere, ut ad sanitatem rediret, reginaeque civitatem concederet; quod tandem fecit Caldola, causatus ulterius militem stipendio carere non posse, praeteriisse iam diem praestitutam, qua mittere illud rex promiserat; nec posse amplius famelico militi verba dari; quin etiam per cives suos, qui apud reginam morabantur, quotidie sollicitari, insuper famem et obsidionem ostentare; nosse vulgi se ingenium et levitatem: proinde optimum videri, Petrum regis fratrem cum suis omnibus reque salva incolumem abire, priusquam incommodi aliquid patiatur, cui minime obviam iri possit. Veritus itaque regis frater, ne mens Caldolae in peius verteretur, expectato citius triremes conscendit in Siciliamque navigavit[1]. Sic civitas in reginae potestatem rediit. Serzan duplici necessitudinis vinculo Caldolae committitur; uterque enim utriusque filio suam filiam spondet[2].

Restabat, quoniam regina post irrita Alphonsi tentamina animum ab eo alienaverat et ad Andegavensem verterat, ne, sublato aemulo, Ludovicus iter, quod Alphonsus praepropere regnandi cupidine ostenderat, et ipse teneret. ... arces, quae Alphonso traditae fuerant, ab eodem detineri; sicque Ludovicum, ne quid insolentius moliretur, eadem ratione continendum esse. Liberare se inter utrumque pro incolumitate ac fortuna dominae suae necesse erat;... propensior tamen ad Ludovici partes, quem a regina adoptatum iam noverat, unde etiam ad moderandam Calabriam missus fuerat. Observabat iam ipse Ludovicum, sed curarum summa erat, ne vivens regina regno eiceretur, cuius cautelae caput erat, neutrum, scilicet Alphonsum, aut Ludovicum interim sine spe et metu degere. Regina igitur Neapolim reversa conventa habuit, quibus Ludovicum Andegavensem filium in adoptionem acceptum, et Regni successorem pronuntiavit; atque ita illius res et negotia Serzan amplecti coepit, utpote futuri sibi regis[3].

Interim affinitatem iniit cum principe Tarentino, suam filiam Gabrieli Ursino, eiusdem principis fratri germano, carenti liberis successori, matrimonio iungens[4]. Adeo milite, et opibus, et affinitatibus creverat, ut eum futurum regem crederent omnes, quem ipse praeoptasset. Inde ferunt Ludovicum, ut certior de Regni successione fieret, Serzannis filiam in matrimonium petiisse: quo audito, velut subiratus, aliquantisper obmutuit, deinde scire, se non e rege natum, neque regem genuisse[5]. Hanc igitur mentem avertat Deus, et quam semper habuit, confirmet, qua perpetuo parere regibus suis fideliter decrevisset; satis sibi superque
Mur., 33 satis futurum, si Andegavenses inter caros amicos habeat; sin autem propensius ad 'sibi obsequendum se habiturum regnum ea affinitate putet, sciat nullo arctiori vinculo confirmari posse, quam quo regina illum in filium successoremque adoptaverit; se penitus illi deditum et obsequentem fore, servet modo benevolentiam reginae matris, quod summopere eum facere

---

1. omni ratione et *om. C e* Mur. — 8. cui a se Mur. — 12. Mur. tentamenta — 18. conventus Mur. — 24. successuro Mur. — 25. affinitatibus Mur. — 28-29. averteret.... habuerit Mur., *ma i codd. hanno* avertat.... habuit — 30-31. superare futurum Mur., *i codd. om. quest'ultima parola*

[1] Che il Caldora e i suoi fossero spinti a passare dalla parte della regina Giovanna, perchè il soldo non veniva pagato loro regolarmente, fa intendere pure il Faraglia, p. 293. Vedansi nello stesso autore le condizioni alle quali il condottiero entrò al servizio della regina. Ciò avvenne nell'aprile del 1424. L'Infante lasciò Napoli nell'agosto successivo, recandosi in Sicilia (Faraglia, p. 314), donde mosse all'impresa dell'isola di Gerba.

[2] Troiano Caracciolo fu promesso a Maria Caldora e la figlia di Sergianni, Isabella, avrebbe dovuto sposare Antonio Caldora, conte di Trivento. La celebrazione delle nozze di Troiano fu, come si vedrà, fatale per il Gran siniscalco.

[3] Luigi III d'Angiò era stato adottato a successore dalla regina Giovanna sin dal 14 settembre 1423, e quindi prima degli avvenimenti narrati sinora dal Caracciolo. Faraglia, p. 251. In Calabria l'Angioino andò più tardi, nell'ottobre del 1427. Allora la regina tornò a Napoli da Aversa, dove era stata quattro anni. *Id.*, pp. 347-48. In generale tutta questa parte della biografia è lacunosa e disordinata e riesce poco chiara, almeno nella forma, in cui la possediamo.

[4] Il matrimonio di Giovannella Caracciolo, figlia di Sergianni, con Gabriele Orsini del Balzo, fratello del principe di Taranto, Giovanni Antonio, avvenne nel 1431.

[5] Non si ha notizia da altra fonte di tale proposta di Luigi III d'Angiò e conseguentemente anche della nobile e disinteressata risposta, che gli avrebbe dato il Gran siniscalco, e che il Caracc. riferisce qui e ripete con eccessiva insistenza alla fine della biografia.

hortaretur et supplicaret: de se autem fidam spem teneat, fidumque habiturum militem, arces amicitiasque suas: hoc unum spectare, ut ipse post reginae obitum pacatum integrumque regnum accipiat; quod liberius faciliusque se praestiturum devoti quam soceri nomine pro certo habeat. Haec pro tempore provisa, et de commeatu terra marique libere apportando, utque fisci reditus et vectigalia citra querelas minimoque gravamine exigerentur; quin etiam de successore regni publicatum: quae res maxime suspensas hominum mentes tenebat.

Ratus igitur Serzan post tot perfunctos labores et superata pericula quietius vivere, remque otiosus administrare, quod minime expectabatur, exortum est. Ceoperat iam regina, secura, ac tantis periculis libera, aures Serzannis detrahentibus obtrectantibusque praebere; inter quos delatrix princeps ducissa quaedam reginae affinis [1], praesertim non ita ceteris ad reginam aditu patente, suggerebat eam vanum iam et futile reginae habere nomen; vires autem potentiamque penes Magnum Senescalcum esse, quem viderent milite proprio, arcibus, pecunia, affinitatibusque pollere; a quo beneficia, honores, insuper criminum impunitates condonentur; tametsi reginae nomen subscriptionibus apponatur, scire tamen omnes illius esse manus; eumque iam in tantam superbiam arrogantiamque devenisse, ut etiam suis gravis esse coeperit. A proceribus Regni et ducibus frequentius aedes illius, quam reginae observari, invidiose ob omnibus conspici. Haec praecipue deferebantur ab his, qui decus et honorem dominae sibi cordi esse videri volebant. Quae omnia, etsi vana novisset ab invidis et malevolis obiectari, tamen muliebri ingenio, inconstantique animo, et novitatibus gaudente, libenter admittens, animum detractoribus faciebat peiora in dies deferendi. Valuere postremo tantum criminationes, etsi falsae, per ducissam illam, temporis occasione captata, quod facillimum erat, eadem mensa cubiculoque utenti, ut regina optare se diceret hominis audaciam retundi, et potentiae opinionem infringi: quod quidem tunc satis visum est a regina extorsisse.

Non diu post eadem femina reginam adiit, satisque in his, quae eius Maiestas innuerat de vi minuenda, deprimendoque fastu Magni Senescalci, consultatum est; et modum, qui periculum ipsi reginae ceterisque machinantibus non afferret, reperiri, si ipse liber incolumisque evaderet: proinde illum aut capi, aut occidere oportere, ut se non tantum voti compotem faciat, sed etiam tutam praestet. Forte enim resciri rem tot viris agitatam posse, et de ipsa reliquisque consociis male actum iri. Cui regina, nullo modo se velle, nec assentiri, virum, qui tanta pro salute sua dignitateque tuenda egisset perpessusque foret, occidi: quod maxime caverent, ne in iram indignationemque suam incidere vellent; darent modo operam, et citra mortem corporisque iniuriam patrarent facinus: sic enim noverit, dominam se habere, et tractabiliorem futurum [2]. Haec mandasse, post Ser'zannis mortem publica concione pate- Mur., 34
factum est. Degener prorsus reginae et improvidum mandatum; nam quem capi permittebat,

---

1. hortor.... supplico, *così nei codd.* — 2. habeat *C*, *seguito dal* Mur. — 4. libentius Mur. — 5. libere *om.* Mur. — 7. minimumque gravamen Mur. — 7. minime Mur., *ma i codd. hanno* maxime — 10. delatorum Mur. — 20. animum Mur. *invece di* animos, *che è nei codd.* — 26. machinatoribus Mur. — 27. Mur. *inesattamente* non evaderet - occidi Mur.

[1] Era Covella Ruffo, moglie del duca di Sessa Giovanni Antonio Marzano, che fu Grande ammiraglio del Regno. Era figlia di Carlo conte di Corigliano e di Montalto e di Ceccarella Sanseverino. Si divise dal marito, poco dopo la nascita del figlio Marino, poi principe di Rossano. Eccelse se non per virtù, per fierezza d'animo e potenza così sconfinata, che riuscì a figurare negli avvenimenti più importanti dei suoi tempi ed a facilitare l'avvento al trono napoletano di Alfonso d'Aragona. Donna di alto ingegno, di belle forme, e colta, sebbene poco accessibile alle passioni muliebri, trovò modo di entrare talmente nelle grazie di Giovanna II, sua cugina per parte della madre, da arrivare a tenere quasi in pugno le sorti del regno e a disporre della successione. Aveva giurato odio implacabile a Sergianni perchè, in un lodo a lui deferito circa il possesso del feudo di Seminara, le si era dimostrato contrario. Alfonso d'Aragona, riconoscente alla Ruffo di quanto aveva fatto per agevolargli l'acquisto del regno, le confermò tutti i feudi che possedeva, altri aggiungendone, che prima non aveva, e dette in moglie al di lei figlio, principe di Rossano, la propria figlia naturale Eleonora. Morì nel 1445.

[2] Giovanna II avrebbe voluto sottoporre a giudizio il Gran siniscalco e, se colpevole, farlo condannare nelle forme legali, ma poi, per timore di uno scandalo, si astenne dal farlo. Faraglia, p. 372.

occidi vetabat. Nemo enim consciorum, nisi illo mortuo, quamvis capto, se supervicturum sperabat.

Disquirentibus itaque perpetrandi scelus opportunitatem, visum est facinus aggredi praestatuto die, quo filius uxorem ducturus erat. Miserat enim Caldola Mariam filiam Troiano, Magni Senescalci filio, matrimoniali thoro iungendam; sed pompam et celebritatem sponsalium regina suo nomine in Arce Capuana continuis octo diebus indixerat, quorum pars militaribus ludis (quos "claustrales", derivatione quadam, Hermolaus Barbarus dici existimat)[1] consumebatur; pars saltationibus et choreis, regalibusque caenis et commessationibus, quibus universa civitas accipiebatur; intersiti sunt et ludi pegmatibus ducendis, adeo ut nullus praefinitorum dierum recenti aliquo laeto iucundoque spectaculo vacaret. Itaque ipsum huic uni maxima sollicitudine intentum, securum praeterea laetumque officiorum omnifariam sibi exhibitorum, praecipueque spe successurae prolis (nam unicus erat filius Troianus, qui tunc uxori iungendus erat), his de causis, utpote incautum, nihilque tale suspicantem, commodius aggredi posse rati; quamvis non defuerint, qui illi nuntiarent, vidisse apud se invidos et malevolos eius signa et conventicula quaedam praetendentia in illum aliquid mali. Quibus respondit, nihil facere se invidorum vires atque conventus, salva reginae gratia et fide, de qua adeo benemeritus erat, ut pro comperto habeat, neminem sibi esse verendum. Itaque statuisse potius ab ea, si res postulet, decipi, quam deficere. Quin etiam puero ingenuo, qui se dixerat deprehendisse carnes, victuique necessaria plura, quam manifeste familiae debeantur, in domos suspectorum inferri, colaphum inflixit, petereque ludum iussit, nec aetate sua maiora perquireret. Ut autem conspirantes commodius scelus peragerent, paucis ante diebus divulgaverunt, reginam custoditam ac non liberam detineri, quamdiu arci praefectus Magni Senescalci intimus et amicus esset. Ille autem, ubi hoc rescivit, ut suspicionem dilueret, praefectum amovit, reginamque precatus est, ut quem vellet, ex sententia sufficeret.

Non cessavit quin conditionem acciperet ducissa illa, incendii fax, ac totius mali princeps; hominem enim sibi deditum arci praeficiendum curavit[2], cui iniunctum est aditum praestare die noctuque sine cunctatione liberum viris scelus patraturis, quorum nomina ex composito mihi subtacentur, cum propositum sit nemini tanti sceleris notam ingerere, nec cicatrices iam obductas refricare. Sit hoc dixisse satis, plerosque ab eo ad honores evectos, et nonnullos, eo favente, impunitate donatos, olimque perduellionis crimine damnatos extitisse, qui nocte, qua peractum est scelus, apud ipsum inter affines gentilesque coenarint, quique ea veste induti, qua Magni Senescalci comites a ceteris dignosci soliti erant, eum vulneribus impetere non dubitaverint. Quorum nepotes, nos ipsi audivimus ingenue fateri, se paupertate atque egestate, innumerisque malis nullam aliam ob culpam conflictatos esse, nisi quod a maioribus suis homini principi, deque illis benemerito, indigna mors illata fuerit.

MUR., 35 Biduo itaque antequam octo nuptiarum dies praestatuti finirentur, cum Magnus Senescalcus defatigatus et gratulantium admissione, et alacritate animi, ut quietus pernoctaret, in domum suam ire pergeret, inter eundum occurrit ei, qui nuntiavit, Troianum filium quieti se

1. MUR. *corresse bene il* iubebat *dei codd. in* vetabat - victurum MUR. — 4. *C, seguito dal* MUR., Traiano — 6. "clostrales" sua MUR. — 8. caenis et *om.* MUR. — 19. manifeste *om.* MUR., *che è in A e C* — 23. deleret MUR. — 24-25. *Il* MUR. *corresse qui arbitrariamente la lez. dei mss., che pure a me sembra chiara*

[1] HERMOLAI BARBARI *patritii veneti in* C. PLINII "Naturalis Historiae" *libros Castigationes*, Basilea, 1534, p. 488: "Euripi: fossae in ludis circumdatae proseptis, "quorum loco temporaria prius clostra fuerunt, auctore "Plinio. Hinc natum existimo ut ludi equestres (quo"rum modo usus est tam multiplex) vulgari verbo *clo"stra* nuncupentur; hoc est *clostrales.* Sfortianus in "*Heliogabalo*: "Euripis — inquit — vino plenis nava"les circenses exhibuit". Ceterum veteres non tantum ""euripos" a similitudine Chalcidici freti, sed "nilos" "quoque nominabant. Cicero auctor" H. B., *In Plinium Glossemata ad Alexandrum sextum.*

[2] Castellano di Castelcapuano era allora (1432) un calabrese di Castrovillari vassallo della duchessa di Sessa, che aveva preso il posto di Giacomo Caracciolo, trasferito all'Aquila.

tradidisse, ibique ab omnibus sileri [1]. Quapropter versus ad comites: “ Sinamus, inquit, ne “ simus importuni, potius adolescentem somno et quiete reparare vires propinquae thorali “ luctae suffecturas, quin revertamur in arcem ad solitum cubile „. Atque ita, trahente vi illa, quaecumque fuerit, coelesti, ad caedem reversus est. Non visum est coniuratis ulterius differre facinus, non alias tot occasionibus tam opportunis, et casus adversos timentibus ab eis, qui rem deferrent, et discrimen in eorum capita deflecterent [2].

Tertio igitur decimo kalendas septembris [3] intempesta nocte, quae Divi Ludovici diem festum et celebrationem praecedit, conspirati, quos praefectus arcis tacite admiserat, vi arripuere puerum ministrare solitum reginae in abaci et repetitorii curandi officio (unde Magno Senescalco probe notus) [4], eumque secum ire pavidum ac lacrymabundum cogunt, ut illum accersat, reginaeque ex defluxu capitis animam agenti praesto adesse velit, quem renuentem invitumque trahunt ad cubiculi fores, pugionibusque iugulum intentantes, mortem minantur, ni taceat, ac iussa exequatur. Itaque, quod simulasse iusserant, vero timore expressit, conceptisque verbis Magnum Senescalcum voce pavida ac tremula excitavit. Ad cuius vocem, — *Heu domina* — exclamavit, iussitque puerum assurgere nunciumque intromittere, ut inter vestiendum res exactius nosceret. Dum puer ianuam subaperiret, spectans armorum splendorem, et coetum hominum loco et tempore maiorem, exclamavit armatos esse. Ad quem dominus — *Claude, claude* — inquit, gladium, quod ad caput dependebat, arripiens. Interim semipatentem ianuam impulsu praecludi non sinunt, illumque circumdant strato exilientem, quem undique impetentes multis vulneribus confodiunt; atque ita nihil se indignum nec questus, nec precatus, occubuit. Interfectores etiam mortuo repetitis vulneribus insultasse fama fuit [5].

Relicto cadavere, illico nuntios filium, germanum, affines, amicos cunctos, denique aliqua necessitudine ei coniunctos, ad eum, quem iam exanimem reliquerant, evocatum miserunt, quos omnes, ubi advenerunt, in carceres detrusere [6]. Iacuit eodem cubiculo cadaver in serum sequentis diei, quod Fratres Heremitani, templum Divi Joannis ad Carbonaram incolentes,

---

2-3. MUR. *om. la frase* propinquae .... suffecturos, *che è nei codd.* — 4. MUR. *lesse* sedem *in luogo di* caedem, *che è in A C* — 7. octavo *C seguito dal* MUR. — 8-9. arripiunt MUR. — 9. expositorii MUR. — 12. nosceretur MUR. — 18. qui MUR., *ma nei codd. A e C si legge* quod — 19. semiapertam MUR. — 23-24. MUR. *om.* affines *e lesse tutto il passo così*: Relicto cadavere .... ad filium .... coniunctos miserunt .... evocatos. *Il nostro testo è conforme ai mss.*

[1] Il palazzo di Sergianni era quello che poi venne trasformato nell'Ospedale di Santa Maria della Pace presso Castelcapuano di Napoli.

[2] Con la duchessa di Sessa congiurarono a perdere Sergianni Marino Boffa, giurista, che aveva sentenziato a favore del Gran siniscalco nella questione ereditaria, da cui derivò la prammatica *Filangiera*, personaggio importante della corte di Giovanna II, messo da parte da Sergianni, al quale dava ombra, Ottino Caracciolo, successo al Boffa nella carica di Gran cancelliere, altro personaggio importante della corte, caduto in disgrazia nel 1420 come fautore della parte angioina, e tornato in favore quando questa prevalse, Ludovico Caracciolo, Pietro Pelagano, Monacello d'Anna, Urbano Cimino, tutti di parte angioina. FARAGLIA, p. 371. Il Caracc. ne tace i nomi per non rinverdire vecchie piaghe e perchè fra i congiurati si trovavano persone della famiglia sua, del Gran siniscalco e del principe, al quale era dedicata la biografia.

[3] L'assassinio di Sergianni avvenne nella notte precedente al 19 agosto, giorno della festa di san Ludovico, che corrisponde appunto alla indicazione data dal Caracc.: “ tertio decimo kalendas septembris „. Nella prima ediz. la data è sbagliata per inesatta lettura dei mss..

[4] È forse quel Leonardo Bruni, detto lo *Squatra*, di cui si parla nei *Diurnali* del duca di Monteleone, p. 87, ma che, contrariamente a quanto dice il Caracc., fu corrotto dai congiurati perchè avessero più facile accesso nella camera di Sergianni.

[5] Il cadavere di Sergianni fu trovato con un piede calzato e un altro nudo, chè non aveva potuto infilare l'altra calza. È fama che la duchessa di Sessa, vedendo il corpo esamine del Gran siniscalco, dicesse: “ Ecco “ il figliolo di Isabella Sardo, che voleva contendere “ meco „.

[6] Furono arrestati Troiano Caracciolo, figlio di Sergianni, Marino Caracciolo conte di Sant'Angelo, fratello di lui, l'altro Marino Caracciolo detto *Scappuccino*, vice-regente in Terra di Bari, Petraccone Caracciolo, che aveva lo stesso ufficio nel Principato Citeriore, Giovanni Dentice detto *Carestia*, suo figlio Perrino, Damiano Caracciolo, signore di Calvello, Urbano Caracciolo, castellano di Aversa col figlio ed altri congiunti o aderenti del Gran siniscalco. FARAGLIA, p. 374.

in quos Serzan multa beneficia contulerat, multis accensis funalibus extulere, inque nobili illo sacello, quod sibi suisque vivens construxerat, conditus est[1].

Hic tanti viri, deque regina optime meriti, vitae finis fuit. Non omittendum tamen puto, quominus ostendam, quaenam fuerit in tali facinore reginae mens. Mane enim, ne quid turbatum oriretur ex tanti viri caede, quamvis omnes illius propinquos, aut aliqua amicitiae vel beneficii necessitudine coniunctos, eadem nocte falso Magni Senescalci nomine accersitos, vinctos detinerent, propter popularem tamen erga illum benevolentiam, ob regimen, quo in omnes iustissime utebatur, ne memoria tanti viri amissi aliquid tumultus concitaret, concionem habere placuit. Cumque, regina praesidente, unus ex consciis verba faceret, nihilque haberet, quo nomen tam praecellentis viri, tam integrum clarumque obumbrari posset, vim' Mur., 36 suae orationis in illius potentiam, superbiam, arrogantiamque falso exacuit, eumque ad id iam devenisse dicebat, ut non modo populum et equites, sed etiam proceres et ipsam reginam despicabiles haberet. Quare veritam reginam ne hominis potentia ac superbia in sui discrimen ulterius progrederetur, iussisse illum occidi: quod verbum cum regina audisset, subtraxisse vultum dicitur, ac dicentem torve respiciens: “Mentiris — inquit —. Capi “enim, non interfici iusseram„. Ad quam conversus ille: “Verum inquis, domina; sed, “dum caperetur, ac per vim elabi contenderet, occisus est„ [2].

Erat Serzan, cum talia perpessus est, intra sexagesimum aetatis annum. Statura fuit eminenti, membris inter se bene cohaerentibus; gradiebatur erecta cervice, ore, obtutu, sermonisque gravitate maiestatem regiam praeseferens. Veste utebatur quotidie, aut oloserica, aut auro distincta, eleganti plerumque novitate, suae tum gravitati, tum fortunae accomoda. Arma et equi, reliquusque ad res bellicas apparatus, quo potissimum delectabatur, in admirationem conspiciebantur. Aulaeis, argento et reliquo supellectilis ornatu, etsi pretioso uteretur, moroso, tamen, nitido atque disposito gaudebat. Continentiam eius iam vita functi laudare superfluum ducimus, cum aetate omni, ac postremo sexagenarius vixerit, omnium iudicio, omnis generis libidinis expers, et qui castitatem coniugis pie sancteque ad mortem usque servaverit. Sed invidia, quae summa petit fastigia, talem virum perdidit, et Regni iniquum fatum. Quod Laurentii Vallae, insignis doctrinae viri, spectabili illius mausolaeo carmine insculpto elegantissimo, prout legentibus liquere potest omnibus, verius ac significantius ostenditur[3]. Non tamen ab re fuerit insignia quaedam moderationis eius et prudentiae documenta subnectere.

Ludovicus enim, Andegavensium dux, quod superius inseruimus, cum adoptari a regina, ut succederet regno, maxime cuperet, idque quonam modo posset assequi meditaretur, sperans rem facillime perfici posse, fideliusque servari, si Magno Senescalco affinitate iungeretur, per utriusque fidissimos illius filiam sibi matrimonio iungi postulavit, quasi pro comperto habens, illum libentissime assensurum. Quibus ille ait, ingentes gratias se Ludovico habere, illique suo agi nomine summopere precari; attamen sui se memorem esse, neque se rege natum,

---

2. Mur. *om.* suisque, *che è nei mss.* — 3. patria Mur. *in luogo di* regina, *che è in A* — 13. reginam fuisse *A C* — 21. nova *C* — 23-24. Mur. *lesse* morose — 24. inclyto *C in luogo di* disposito - iam *om.* Mur. — 33. facilius Mur.

[1] L'assassinio di Sergianni avvenne in Castelcapuano. Di là, sul cader della sera del 19 agosto, i frati eremitani di San Giovanni a Carbonara trassero il cadavere per portarlo nella loro chiesa, dove alcuni anni prima Sergianni aveva edificato la cappella della Natività della Beata Vergine. Il corpo del Gran siniscalco, deposto ivi, fu poi collocato nella tomba erettagli dal figlio, che si vede tuttora. A. Filangieri di Candida, *La chiesa ed il monastero di San Giovanni a Carbonara*, in Arch. stor. per le prov. nap., n. s. IX (1923), p. 43 sgg.

[2] Si è già detto che Giovanna non voleva morto a tutti i costi il Gran siniscalco, e che ne aveva tutto al più autorizzato l'arresto, senonchè i congiurati, temendo della incostanza della regina, decisero di ucciderlo e, per giustificare il proprio operato, inventarono poi la storiella di averlo levato di mezzo, perchè aveva opposto resistenza alla cattura. *Diurnali*, p. 87. Chi tentò di giustificare l'uccisione di Sergianni fu Marino Boffa, “unus ex consciis„.

[3] Non è sicuro che la iscrizione scolpita sull'attico, che soprasta la cornice, entro cui è racchiuso il sarcofago di Sergianni, sia del Valla. Vedine il testo esatto in Filangieri di Candida, loc. cit., p. 48.

neque regis filiam genuisse; ideoque tanto principi officio et obsequio se addici malle, quam affinitate iungi. Ea in re suam pro viribus operam praestaturum, per quam apud illum perpetuam gratiam speraret. Desineret ergo de affinitate agere cum eo, quem sibi devotum et obsequentem experimento brevi perspecturus sit.

Item cum regina eum titulo principatus Capuae insignivisset [1], diplomataque ac privilegia illi confecisset, quibus ei et civitatis dominium et arcis tradidisset, ille autem nollet se Capuae principem appellari, a propinquis et necessariis increpatus est, incusantibus quod nuncupationem tam praeclarae dignitatis aspernaretur. Quare illum non desiere orare et obsecrare, ut principem se Capuae appellari pateretur, cum iure deberet et posset, nec se familiamve suam tam eximii principatus honore fraudaret. Ad quos subridens primo, deinde fronte obducta: " Falsa, inquit, vos ambitio ne fallat, meque vobiscum perdat, tutius est prae-" videre. Probe enim nostis Ca'puae opportunitatem, quantique eam semper fecerint reges, MUR., 37
" vulgoque regni clavem dici. Me vero regem fore etsi nonnulli pelliciant, modestia tamen " et natura dehortantur, et quod non optem, suadent. Ego si Capuae dominari pergam, in-" gentem me conflaturum apud venturum regem invidiam certo scio. Sin autem tradere illam " voluero, quod futurum iudico, adempto principis titulo, hoc sine meo exauctoramento et " ignominia non fieret. Ergo integrum mihi servavi sine nominis diminutione apud futurum " regem illam deponere: quare et reliquis nostris officiis gratiam principis conciliare, et regno " quietem confirmare, honesta coniectura providendum mihi esse existimavi " [2].

* * *

Haec denique habui, serenissime Princeps, quae ad te de Serzannis Magni huius Regni Senescalci proavi tui illustrissimi vita, maiori fide, quam eloquentia perscriberem. Unde meus in te amor facile perspici potest, cum ad scribendum me etiam verentem impulerit, ne tanti viri gloriam exili a me stylo editam deprimerem, quod profecto pauci etiam disertissimi pari facundia consequi potuissent. Malui itaque, exacto ineptitudinis metu, tanti oblivioni proavi occurrere, et aliqua ex parte illius exemplis te iuvare, quamvis per te satis studiosus ornatusque habearis. Consultius itaque talia haberi de eo, quam nulla, visum est; et tibi vel ob hoc gratum fecisse cum noveris, quemadmodum fortunis et principatu te, ut verum heredem, ita etiam moribus et vitae, ad quae praecipue tenebaris, ultro satisfecisse. Lege ergo, et rem familiae insignem, tibi praecipue fortasse utilem, evolvito. Invenies equidem in proavo tuo perpetuum quoddam cum fortuna luctamen, eamque una cum invidis atque aemulis saepius virtute superasse [3]. Quod autem visus sit morte indecenti moribus et peractae vitae occubuisse, minus mirum est, quando et huiusmodi plerumque exitu viri in omni aevo excellentes vi'tam clauserint; quippe qui diligentius decorem, quam vitam custodire decrevissent, MUR., 38
maluerintque, quos in se conspirasse cognoverant, substinere, quam aut falso delatos, aut poenitentia ductos, tyrannorum more parricidiis praevenire. Cum praeterea quicumque nimium studium in vita propaganda ponere soliti sunt, minime magnum aliquid meditari, aut perficere

1. obduci *C*; abduci MUR.; addici *A* — 2. opem MUR. — 9. familiamque MUR. — 13. vi regem fore *C* - MUR. *lesse* polliceantur *in luogo di* pelliciant — 14. et ne optem MUR. — 20. *C, seguito dal* MUR., amatissime — 25. MUR. *om. le parole* exacto .... metu, *che sono nei codd.* — 37. propaganda MUR., *invece di* peragenda, *che è nei codd.*

[1] Sergianni non fu mai creato principe di Capua ma il 22 ottobre 1425 ottenne la città a titolo di pegno per i crediti che aveva verso la Corte, col diritto di esercitarvi giurisdizione come castellano e capitano a guerra e giustizia.

[2] Dopo la morte di Sergianni, la regina, debole e quasi abulica, spinta dai nuovi padroni, ne condannò spietatamente la memoria, dichiarandolo invaso da spirito demoniaco e reo di lesa maestà, e facendone confiscare i beni, mentre assolveva gli uccisori. " Misera " donna — osserva giustamente il Faraglia — che se " stessa gravava delle colpe altrui " (p. 380).

[3] Sulla lotta dell'uomo con la fortuna v. l'opuscolo del Caracc. intitolato *De varietate fortunae*.

possint. Huius autem principis integritatis fideique documentum maximum haberi potuerit, quod, cum tot in necem direptionemque illius convenerint, nemo tamen ausus sit, aut maiestatis, aut criminis alicuius falso vel ficto arcessere, quo illum merito caesum, et se iure eius fortunas occupasse testaretur. Tantum claritas sinceritasque viri valuit, ut cuius corpus livor perfodere potuit, partam tamen gloriam et decus attingere minime valuerit. Cernis enim sublimitatem, ad quam virtus proavum tuum extulerit: velim tamen, per quos laborum discriminumque gradus ascenderit, simul memineris. Quippe nullum laboris aut discriminis genus invenies, quod non ille pro fide decoreque servando pertulerit, perpetuo laboraverit, exulaverit, insuper captus detentusque fuerit, denique et mortem immeritatam obierit. Haec tibi scribens nota esse volui, ut eius nomen et rem tanto diligentius et maiori cura serves et augeas, quanto pretiosiori mercede comparata fuisse tu non nescis. Erit non minus et officii et gratitudinis, non tantum nomen et gloriam tueri, verum et monumenta, constructionesque, et aedificia tam sacris locis dicata, quam etiam humanis usibus constructa, curare ne collabantur et desint, sed iuxta humanas vires et providentiam quam diutissime perennent, postquam sempiternum aliquid mortalibus negatum est.

---

3. *I mss. hanno* exercere *invece di* arcessere — 11. non *om.* Mur.

III.

DI GIOVAN BATTISTA SPINELLI CONTE DI CARIATI

AL FIGLIO FERDINANDO

DE JOANNE BAPTISTA SPINELLO CARIATIS COMITE

AD FERDINANDUM FILIUM

MERITO profecto iustitiae moralium tractatores primum tribuere locum non modo ei, quam legitimam vocant, reliquas omnes in se continenti, sed uni illi ex quatuor maxime, quam aequitatem plerique nuncupant. Est enim pacis concordiarumque effectrix et conservatrix scelerumque expultrix; per eam namque quisque suum tuto possidet amissumque recuperare sperat; illa etenim est quae noctis tenebras disterminat, lucisque instar viantes securos illesosque ducit, et inter maximos et minimos, summos et imos, potentes et imbecilles, regem et populum aequalitatis modum invenit. Veneranda prorsus virtus et numinis vice colenda, quae quotidie humano generi tot beneficia praestare dignoscitur, maxime quod, si forte secus evenerit, inculpata nihilominus sua in maiestate residebit. Ex hoc tam lucidissimo beneficoque fonte non modo multi rivi, sed etiam perpetui amnes ad nos instruendos emanant. MUR., 39

Gratitudinis non minus censeri debent quae beneficentiae, iustitiae asseclae, respondent; ea namque est quae promerentibus gratias habere et agere iubet, quippe quae reddere non valemus, memoria iugi accepta beneficia repensamus. Quare opportunum est, si quando facultas aderit, nos gratos facto ostendere, sin autem, memoria servare: sic enim promptiores ad elargiendum munificos speramus, quando non incassum sua se effusuros vident, quidquid gratias agentium causa agere noscuntur. Invitant enim divites ad donandum (quod maxime indigentium interest), cum exemplo sint, non defuturos, qui acceptorum recordentur, paratique sint ad redhibitionem qualemcumque. Non autem talione beneficia rependere oportet, sed etiam qui illorum meminerit, grati nomen non amittet. Indicat enim, cum opportunitas apparuerit, quod animo gerebat, re ostendere. Non abs re ergo tantopere laudata est haec iustitiae pars.

Igitur postquam honestissimum et mortalium generi, ut ita dixerim, necessarium ostenderim, nos gratos, ut supra memoravi, acceptorum, et iugi illorum in ruminatione atque commemoratione esse cognoscimus, 'semper diem opperior, quo, ut debeo, et maxime opto, factis MUR., 40 recompensem. Sed postquam illum tamdiu espectatum non apparuisse compererim, ne tantum animo gratus videar, conabor, qui sim, foris ostendere. Tentabo igitur (quod erit auro argentoque, quibus minime indiges, carius tibi forsan et acceptius) me redimere. Cum ergo sit huius virtutis debita studiose iuvenibus et munerum conditiones explentibus impendere, multo magis iis praestandum dignoscimus, quibus peculiaris sanguinis necessitudo aut affinitas nos

---

1. *Tale è il titolo nel cod. A*; Joannis Baptistae Spinelli Cariatis comitis Vita Tristani Caraccioli, *C*; Jo(annis) Baptistae Spinelli Cariati comitis Vita auctore Tristano Caracciolo, MUR. — 8-9. MUR. *om.* et minimos *che è nei codd.* — 32. et MUR. *invece di* aut *che è nei codd.*

copulavit, nec omnium, quorum notiores sunt virtutes, et mores laudabiliores, sed etiam ex iis habere delectum oportet, ne temere gratiam effudisse, aut perperam collocasse aestimemur, nec minus iis rebus grati simus, quam maxime accepturos deceant et exhibituros. Itaque tibi, Ferdinando Spinello [1], nepoti carissimo, patris tui natales, mores et acta describere operae pretium sum ratus; faciet enim hoc qualitercumque editum ad nominis eius claritatem, et tui profectum, cum te noveris tam proximo et hereditario exemplari districtum ad imitandum; quod si non feceris, et ingrati et omnino mali nomen assequeris; quod abfuturum speramus, quinimmo repraesentaturum paternos mores, natalis et educatio pollicentur.

* * *

Nostra hac civitate Spinellorum gens nobilis semper habita est, interque primores regionis suae, publicis in rebus curandis, fere ex hac familia vetustissima praefuerunt et intersunt. Antiqua ex nobilitatis serie Troianus [2] genus duxit, miles siquidem auratus, et oppidorum dominus; meruit sub Alphonso Aragonum rege I, mox sub Ferdinando Alphonsi filio, cuius regni laboriosior aditus fuit militare. Hoc in bello non modo voluntarii, sed factiosi partes secutus, nil fuit, quod pro illarum victoria non libenter ausus fuerit et pertulerit. Postquam domum composuit facultatesque paravit, quibus se familiamque alere posset ingenue, poscentibus annis, uxorem duxit Mariam Caracciolam [3], nobili genere et honestate praecipuam, ex qua liberos et mares et feminas plures tulit. Statu in hoc decessit, curamque domus et' Mur., 41 infantilis familiae uxor accepit; cumque perspexisset sagax matrona liberorum numerum patrimonio esse pergravem, statuit illos tempestive ad mores opesque parandas dividere. Itaque alios ad aulam principumque obsequium admovit; alios militiae Rhodiensi adscripsit; nonnullos domus curae servavit. Similiter et feminas nonnullas perpetuae virginitatis voto probatis in religionibus initiari curavit, alias laudabili matrimonio adiunxit.

Hunc autem, de quo dicturi sumus, Joannem Baptistam patrem tuum, tertio e maribus loco natum, indolem eius egregiam cum praevidisset et rem quantamvis arduam ad peragendam aptum, decrevit legibus civilique iuri mancipare. Cumque, adeptis grammaticae rudimentis, ludum iuris ingressus fuisset, adeo illi incubuit, ut multos, qui ante studuerant, ingenio et assiduitate praecederet: quae ea fuit ut per se, ut mos erat, professoris dicta perscriberet tanta diligentia, ut ne syllaba quidem excideret. Nihilominus inter tot difficultates Officium Domini edidicit, adeoque praecoluit, ut deinceps, inter tot curas laetas et adversas, dies non exciderit, quin memoriter eum celebrarit. Inter contubernales eiusdem professionis ea humanitate et morum facilitate vivebat, ut multos advenas ad sui consortium evocaret, repetens illis, si quae forte ex lectione non intellexissent; eosque a lascivis improbisque moribus non minus oratione, quam exemplo, amovebat. Ipse adolescentulus cum esset, penitus uni studio se addixit: nil, quod illud interrumpere posset, nec animo, nec opere meditabatur. Hac igitur assiduitate et morum continentia effecit, ut ante speratum tempus doctorari dignus haberetur. Quare patres, quibus hoc munus incumbit, respectu magis scientiae et ingenii acuminis, quam aetatis, doctoratus illi tribuere insignia, approbantibus cunctis, qui in Collegio

---

7. Mur. *om. a torto* et *avanti a* omnino — 18. ex qua liberos plures.... Mur. — 20. resque *A* — 23. admisit *invece di* adiunxit *C* — 26. documentis Mur. — 28. praeverteret *A* — 30. persolvit Mur. *invece di* praecoluit, *che è nei codd.* — 31. id Mur. *invece di* eum — 32. evocarit Mur. — 38. Mur. *e i codd. hanno* acumine, *ma* acuminis *mi pare stia meglio* - ex Mur. *invece di* in

[1] Ferdinando Spinelli, figlio di Giambattista e di Livia Caracciolo, e quindi nipote del nostro storico, fu conte di Cariati e duca di Castrovillari. Tenne l'ufficio di Gran protonotario del Regno e fu Grande di Spagna sotto Carlo V.

[2] Troiano Spinelli, padre di Giambattista, fu al servizio di Alfonso e di Ferdinando d'Aragona, dai quali ottenne la concessione di una parte della "bagliva" di Sulmona (Arch. di Stato in Napoli, *Collaterale Comune*, IV, 131 *t* e 137 *t*). Era già morto il 7 maggio 1486, data della nomina del figlio Giambattista a Consigliere e Auditore del R. Sacro Consiglio (ivi, *Privilegi della Cancelleria Aragonese*, III, f. 17).

[3] Maria Caracciolo, moglie di Troiano Spinelli, era figlia di Gualtieri, detto *Viola*, e di Martuscella Piscicelli.

erant, asserentibusque neminem ex Gymnasio Bononiensi, aut quovis alio loco, tantam iuris scientiam attulisse, quantam hic Neapoli sibi in patria comparasset.

Illico, acceptis insignibus et fama pervulgata, patronum et advocatum se litigantium praebere, clientumque multitudo, memor celebrati studentis nominis, ad eum venire studuit suamque operam poscere. Qui, nullius reiecto patrocinio (modo causam iustam afferrent), illos ea fide ac diligentia protexit, ut raro, aut nunquam sententiam suis adversam partibus retulerit. Quin et si forte litem aliquam in fiscum protegendam deferrent, ea constantia et moderatione tutabatur, ut nec fisci tutores gravari possent importunitate aut insolentia, nec clientes, quin diligenter viriliterque suam rem defenderet. In dies magis magisque ad illum turba confluebat, tum cognita hominis peritia et sedulitate, tum propter salarii modestiam; quibus rebus evenit, ut multi, non tamen litigantes, illum annua mercede ad fortuitas lites sibi paraverint [1]. Erat enim ei ingenii facilitas, eloquiique affabilitas, ut non modo iis, quos defendebat, sed etiam quibus adversabatur gratus esset; omni enim convicio in disputando abstinebat. Sumebat autem inopum causas gratis, agebatque non minori studio, quam divitum, imo attentius, cum mera caritate facere et talibus sua opera ius dici summopere laetaretur.

Functus est patroni munere aliquot an'nis, quibus rem suam augere coepit. Sed nomen MUR., 42
magis augebatur. Suas fortunas et insignia fore maiora sperans, patrimonii sortem germanis donavit; et, ne forte exheredatus videretur, domus, quae communis erat, particulam retinuit, quam deinde omnem sibi vendicavit. Hoc in statu, ne propter aetatem forte lasciviret, et cura domus a studio et protectione indigentium avocaretur, tempestivum visum est uxorem, quae rem domesticam curaret, et se liberiorem ad negotia praestaret, iam ducere. Duxit enim Liviam Caracciolam nobili genere honestisque parentibus natam, formam absque honestatis praeiudicio praeferentem [2].

Rex ergo cum cognovisset hunc tam abstinenter fideliterque advocationes peregisse, nihilque collusionis aut praevaricationis, summamque diligentiam iurisque peritiam in homine intellexisset, simul memor paternorum obsequiorum, quae sectari filium videbat, sategit illum in patres supremi Consilii, quamvis iuvenem admodum, moribus tamen et scientia provectum, cooptare: quod profecto fecisse, experta industria et severitate, nunquam poenituit [3]. Fuit inter collegas, etsi iunior, non tamen auctoritate et gratia minor, quas summa illorum benevolentia augebat. Quippe, si quid cum rege transigendum foret, unus erat, qui pro cunctis intercederet, et aut nunquam, aut raro, quae postulasset, ei negabantur. Ea vero modestia poscebat, ut magis collegas negatae rei laetitia afficeret, quam moestitia contristaretur. Laetabantur plurimum plerique litigantium, qui iustas causas illi delegatas cognoscerent; pro comperto enim habebant, nulla vi, aut precibus, nec etiam praemio a rectitudine diversurum. Insuper videbant qua vigilantia studioque curaret, ne lites diutius protraherentur. Adeo sibi commissis omni nisu incumbebat, ut brevi expedirentur, parcere intendens labori et impensis disceptantium. Saepe praevidens prolixitatem rei, dubiamque causam non tam cito finiendam, modo hunc, modo illum adversariorum dubio eventu deterrebat, modo inconstanti specula

---

6. defendit *C*, *seguito dal* MUR.; protexit *A* — 9. defenderit MUR. - eum MUR. — 10. subtilitate *C* — 13. etenim omni MUR. — 17. *A C hanno punto fermo dopo* magis *e poi:* Quippe augurabatur suas fortunas et insignia fore maiora, patrimonii partem .... *ma la lez. del* MUR. *mi sembra migliore* — 18. portiunculam MUR. — 20. evocaretur MUR. — 25. MUR. *om.* nihilque collusionis aut praevaricationis, *che è nel cod. A* — 28. MUR. *bene corresse in* experta *il* compertus *dei mss.* — 30. multis MUR. *invece di* cunctis — 32. afferebat *C* — 33. suas MUR. *invece di* iustas — 34. non MUR. *invece di* aut — 35. ideo *A*

[1] Era quello il tempo in cui, come apprendiamo da un rapporto del console veneto a Napoli, lo Spinelli difendeva cause " per un carlino ". Vedi n. a p. 65.

[2] Livia Caracciolo, ultima figlia del nostro Tristano, sposò Giambattista Spinelli nel 1494. Le tavole nuziali furono rogate il 4 settembre di quell'anno. Con regio assenso del 25 settembre 1500 lo Spinelli garentì sopra i suoi beni feudali la dote della moglie ammontante a due mila ducati. LITTA, *Caracciolo di Napoli*, tav. XXXV.

[3] Lo Spinelli fu nominato consigliere del Sacro Regio Consiglio il 7 maggio 1486.

animabat, eorumque arbiter ac mediator conventionis existebat, quae citra ambitum et corruptionem agitare animadvertebatur.

Cum ergo viri satis perspecta doctrina et integritas esset principi, illumque aliquamdiu summa cum laude sua perfunctum esse munera dispexisset, naturamque et mores maioribus apta rebus, statuit magis arduis negotiis occupare. Intelligebat enim multos sua sub ditione, qui consiliarii boni futuri essent, raros autem, qui legationes et principum disceptationes fideliter sciteque tractare possent. Itaque, cum inter se Caesaremque incidissent, quae disceptanda et decidenda forent, et propter magnitudinem personarum distantiamque locorum coire non possent, essetque intermedio opus, hunc elegit, quem ad Caesarem destinavit, fretus fide, industria sagacitateque hominis. Quod cum ad peragendum se accingeret, nonnullos e Collegio vetustiores discessum eius moestissime audivimus conquerentes, hunc patronum totius Senatus (sit quantavis causa) tunc adimere, maxime autem adversus Consilii praefectum, qui, cum aliquid privato loco licentiosius, citra reliquorum iudicium, deliberare vellet, hic ille erat, qui occurrere et vota communia afferre auderet, eiusque voluntati refragari.

Admisit igitur eum Caesar grate et benigne. Scripserat enim nuper ad eum rex, mittere ad se hominem secreti con'tinentem et relationis fidissimum; velletque ei credere et fidere: quod profecto experientiam nactus fecit. Etenim apud illum rem iniunctam scite solerterque tractavit. Quid autem id fuerit, nondum pervulgatum [1]. Audio hoc tantum, quod utrisque principibus fideliter inserviverit, animosque illorum concordes effecerit. Dum illic esset, nascitur domi filia (reliquerat enim gravidam uxorem) quae Isabella appellata est, de cuius honorabili matrimonio suo dicetur loco.

Mur., 43

Perfectis, quae apud Caesarem agenda fuerant, in Pannoniam perrexit, salutaturus reginam Ferdinandi regis patris nomine, illiusque statum pervestigaturus [2]; simulque suspiciones, quae inter Pannoniae regem Caesaremque oriri videbantur, priusquam inolescerent in discordiamque progrederentur, extingueret: quae omnia bono consilio similique eventu successere.

Dum in Germaniae partibus adhuc esset, evenit ut Ferdinandus rex suum obiret diem [3], revocatusque ab Alphonso illius successore, Neapolim rediit, fuitque inter ipsius consiliarios aliquamdiu. Cum vero fama, quae Ferdinandi tempore pervenerat, iam crebresceret, et quasi pro comperto haberetur Gallorum principem ad perdendum eum se accingere, confoederatis sibi Italorum pluribus, necdum nosceretur, quidnam Veneti acturi essent (audierat enim ipse Alphonsus responsa regum et potentatuum super hoc bello ambigua paeneque infida), visum est ergo ad Venetos, nondum tentatos, oratorem mittere, an posset eos sibi adiungere ad inhibendum Gallorum transitum, et quem consultiorem, quam Joannem Baptistam Spinellum mitteret, non invenit [4].

Qui, habito pro temporis reique angustiis commeatu, Venetias pervenit, ibique a Senatu honorifice admissus; audierat enim huiusmodi viri probatum nomen. Ubi causam principis sui mittendi eum exposuisset, rationes insuper addidit, quibus ostenderet, quam non modo

---

11. a Collegio Mur. - suum *invece di* eius Mur. — 12. Mur. *om.* totius *e legge* Senatu — 18. promulgatum Mur. — 25. Mur. *lesse male* simulque *invece di* similique — 30. plurimis Mur. — 31. *C aggiunge* legatorum - Mur. *segna punto fermo dopo* infida, *ma viene così a mancare al pericolo il verbo principale*

[1] Ignoro quando e perchè lo Spinelli andò ambasciatore alla corte di Massimiliano d'Austria.

[2] Beatrice d'Aragona regina d'Ungheria vedova di Mattia Corvino dal 6 aprile 1490 e moglie putativa di Wladislao re di Boemia. V. su di lei A. Berzeviczy, *Beatrice d'Aragona*, Milano, 1931.

[3] Ferdinando d'Aragona morì il 23 febbraio 1494.

[4] Giambattista Spinelli andò oratore a Venezia la prima volta nel 1494, rimanendovi, come leggiamo nei *Diari* del Sanuto, sino al 24 marzo 1498. "Homo di "gran cervelo, ingegno et optima eloquentia, con per"feta presentia „ così lo descrive il Sanuto, I, 350, il quale dice che acquistò tanto favore presso la Repubblica da ottenere dal Consiglio dei Dieci la liberazione di un dottore siciliano, reo confesso di furto, condannato alla forca. All'atto della partenza, lo Spinelli ebbe in dono dalla Signoria "braza 22 di restagno d'oro "per farsi una vesta et tanto damasco cremesino che "si fazi un'altra vesta „. *Ivi*, 906-907.

honestum, verum etiam necessarium ipsis Venetis ac regi suo foedus adversus Gallos inire. Quippe, iunctis viribus, facile defuturum animum Gallo Italiam invadendi, et, si forte ausu superbo, ne dicam temerario, tentare praesumpsisset, rem ei male infausteque cessuram. Sin vero partitos novisset Italos et res privatas curare, animo sumere; cum pro comperto haberet disiunctim singulos prosterni facillime posse. Nec eos fallat, quod tantum adversus Neapolitanorum regem ire se dictitant, velut ad regnum sibi iure debitum, facile futurum regem suis tantum viribus obnitentem profligare Regnoque exigere; non tamen huiusmodi victoria se contentum fore, quin et reliquam Italiam spe conciperet. Existimare deberent Gallorum vim et propinquitatem perquam perniciosam ipsis reliquisque etiam, qui Gallo favissent, futuram. Nec presumant gesturos simile cum Gallis bellum, quod hactenus cum Italis, quo prolatando se subinde auxerint; sed expendant quanta sit Gallorum vis et opportunitas nocendi, ni, copulato milite, qui satis superque esset, obviaretur. Iis et pluribus aliis rationibus ad foedus perducere non destitit. Tandem, cum mensem hoc in negotio trivisset, nihil certi ei responsum est, sed per ambages trahebatur. Itaque ad regem revertens, pro auxilio consilium retulit. Suadebant enim Veneti proprias experiri vires; quando non suffecisse prospicerent, tunc 'se indemnitati regis reliquaeque Italiae provisuros. Mur., 44

Interea Gallorum adventus certius afferebatur, regemque cogebat quamlibet viam, qua se tantas adversus vires, quas etiam affines sui augebant, tutaretur, periclitari. Visum est iterum ad Venetos tentatum mittere, an, prospectis Gallorum iam ingruentibus copiis, veriti ne, praesenti opportunitate omissa, et ulterius profligatis rebus, reliqui non satis essent ad obsistendum hosti, consilium mutassent, et ita ad foedus pervenirent. Ex omni igitur aula hunc, cui hoc munus iniungeret, elegit, experientia bene actae apud eosdem pridem legationis motus. Quo cum pervenisset, reperit eorum Senatum paene dissidentem, partem, nutu magis quam suffragiis, iungere se foedere regi ad distringendum, aut arcendum Gallorum conatum optantem; partem autem maximam et praepotentem, meditantem solita astutia, et neutri se applicare volentem; nihil interim praecise, quod referret suo principi, oratori dabant. Quos ne penitus averteret, credere et de ipsis spem bonam concipere simulabat. Idem ut faceret, regi suo subinde scribebat, maxime quoniam statui eius conduceret, et facile diu nutantes hactenus Venetorum animos ad se versurum speraret: tali arte, quemadmodum ad suum votum allicere nequibat, ita ne ad Gallos declinarent, non sinebat avertere. Aderant enim eorum regis oratores, idem opportune expostulantes, magnisque pollicitationibus invitantes, illos ad se trahere non desistebant.

Interea Gallorum princeps ingenti et numero, et robore exercitu Regnum petebat, quotidie se augens Italorum et deficientium ab Alphonso auxiliis. Nec pauci erant, quos metus id sequi cogeret. Iamque etiam Florentini illi se addiderant, et cum Ferdinandus, quem pater in Flaminiam ad obviandum hosti praemiserat, cum antesignanis Gallorum infauste pugnam tentasset, hoc cognito, Alphonsus eum revocare statuit: prospiciensque exitium sibi imminere, decrevit regnum, quod suum erat, Ferdinando filio relinquere; ipse in Hispaniam privatam acturus vitam abire [1]. Quo peracto, Ferdinandus, huiusmodi adepto regno, hosti,

4. disparatos Mur. - Mur. *e i mss. om.* et *dopo* Italos, *ma ci vuole* — 12. obicietur *A*; obiretur *C* — 15. quas quando Mur. — 20. ne *om.* Mur. — 24. vincire *C* — 27. quod hos *C* — 28. Mur. suo *invece di* eius — 31. Mur. *om.* enim *che è nei mss.* — 33. talia durante *A* — 35. et *invece di* etiam *A*

[1] Accenna alla spedizione in Romagna di Ferdinando d'Aragona il Giovane, principe di Capua e, dopo l'avvento al trono del padre Alfonso II, duca di Calabria, spedizione, nella quale l'esercito napoletano si accostò a Bologna per sostenere Giovanni Bentivoglio minacciato dai Francesi e dagli Sforzeschi. Poichè il Bentivoglio mostravasi di dubbia fede, l'Aragonese retrocedette a Faenza e a Cesena, dove il conte di Pitigliano, che era uno dei suoi capitani, corse pericolo di rimanere prigioniero. Essendosi poi ritirati i Fiorentini, che sin allora avevano favorito il re di Napoli, mentre i Francesi, vinto Federico d'Aragona a Rapallo, si avanzavano dalla parte del Tirreno, Alfonso II richiamò Ferdinando, le forze del quale erano

cui par non erat obsistere, cedere necesse habuit, tentatisque nequicquam conditionibus, Neapolim reliquit, quam mox victor ingressus, arce potitus est.

Scio autem hos nostrorum regum eventus nunc adversos, nunc secundos ad historiam pertinere; quare ad illos, qui diffusius suoque ordine scripsere, nosse cupientes remitto. Mihi haec inserere visum est, ut fide perseverantiaque hominis clarius nihil esse ostenderemus. Quod, cum probe calleret partes profligatas, regem fugatum, patriam, domum, iuvenemque uxorem, infantes liberos in hostium devenisse manus, et ipse Venetiis exul potius, quam orator videri posset, non deseruit tamen praestitam fidem constantissime servare, et legatum regium in tam modica re praeseferre, partesque pro fortunae iniquitate fulcire. Qua in re seu sagaci prudentia, seu nimio partium affectu, ea promptitudine animi rem exacti regis curavit, ac si pro certo haberet, mox Regnum ad Aragonios rediturum.

Erat Venetiis Gallorum orator, cui bene nota erat huius nostri prudentia et virtus, quando uterque suo regi Venetos addere procurasset [1]. Hic non semel ad regem Gallorum, MUR., 45 eiusque Consilium scripse'rat, esse Venetiis Joannem Baptistam Spinellum, virum industrium sagacemque, qui optima sinceraque fide rem sui principis ageret; proinde maxime regi interesse hominem istum ad se suasque partes quavis arte traducere. Quod profecto facere non destiterunt, sperantes fortunae favore id facile futurum. Quare modo per privatos, modo per cardinalem, tunc Consilii praesidem, admonere, exhortari amicos, affines, aliaque necessitudine coniunctos, vellent cum effectu scribere illi, quae utilitas sibi foret, deperditis Aragonensibus, ad Gallorum regis obsequium se conferre; quod honeste fieri posset, pollicitans sibi non modo indulgentiam, et praeteritorum oblivionem, sed honores divitiasque, ac locum inter suos honestum.

Haec omnia summa fide a suis illi perlata sunt, quibus non illico responsum dabat, dissimulans eorum nuntios. Interdum vero adeo caute ambigueque respondebat, ut speculam illis traderet, minime tamen coniectare possent, se a devotione suorum principum declinare. Verebatur enim, ne suos, qui male a Gallis habebantur, protervo nuncio exasperaret, magis tamen, ne fidem labefactare videretur. Itaque inter utrumque pensitatis verbis se librabat.

Evenit tandem, quod ipse praedixerat, ut etiam iis, qui adventus Gallorum causa et fautores fuerant, adepto Regno, terrori et formidini devenisset. Quare ad exigendum Italia Gallorum regem, potentatus Mediolanensis et Venetus foedere iuncti, copias suas eodem loco coëgerunt. Quae cum Carolo regi rescirentur, approperat in Gallias reverti, veritus ne sibi reditus intercluderetur, in dies augentibus, in unumque se cogentibus foederatorum copiis. Relicto Neapoli praesidio, exercitus magnam partem secum duxit, citato gradu Italia evadere festinans. Occurrere ei hostes, ut dissiparent; cumque iis apud Tarum fluvium certatum, utrinque acriter dubioque Marte, ex utroque exercitu multis desideratis, discessum est [2]. Constat enim eo in proelio regem Gallorum etiam alacris militis navasse operam, et sic suum peregisse iter. Rumor erat illa in pugna Venetorum milites viriliter pugnasse, et, si complices idem fecissent, forte Gallus minime evasisset. Credo enim hoc legentem, quemadmodum gestum sit, nosse cupere, quem, ut superius scripsi, moneo historiam petere. Ego

---

2. Mur. *lesse male* atque *invece di* arce (*Castelnuovo*) — 3. ad nostrum Regnum Mur. — 10. omnino *invece di* nimio *C* — 15. regis Mur. — 16. talem Mur. — 18. aliqua *A* — 19. affectu *A* — 20-21. pollicentem Mur., *ma C ha* pollicitans — 25. daret Mur. — 31. Mediolanenses et Veneti *A C* — 32. Galliam Mur. — 36. Mur. *aggiunge* et *dopo* Marte — 38. *C om.* viriliter, *che è in A e nel* Mur.

indebolite anche per causa del disaccordo esistente fra i capitani, troppi e troppo autorevoli perchè potessero sottostare disciplinati a un unico comando. È noto che allora le cose precipitarono e re Alfonso, vistosi perduto, abdicò a favore del figlio il 23 gennaio 1495.

[1] Oratore di Carlo VIII a Venezia era allora Filippo di Comines, che nei suoi *Mémoires* parla dello Spinelli, I, 484 sgg. Cf. anche H. F. Delaborde, *L'expédition de Charles VIII en Italie*, Paris, 1888, che svisa il nome dello Spinelli in G. Battista *Spinola*!

[2] A Fornovo (6 luglio 1495).

autem meum servabo tenorem, viri huius acta describere, quoad facere possim; reliqua tantum leviter, et, ubi necessarium duxerim, attingere [1].

Ferdinandus, cum Siciliae exularet [2], hunc legatum suo nomine Venetiis esse voluerat. Cum vero post discessum Gallici exercitus Neapolim repeteret classe numero navium praestanti, militum autem et propugnatorum manu inani, a Neapolitanis benigne quidem receptus est, et desiderio ipsius, sed magis odio Gallorum, nec minus desidia inertiaque praesidii [3]. Trahit me extra propositum facti necessitas, posse hoc in reditu Ferdinandi dicere, quam minimi et numeri, et conditionis homines fuerint, qui facinus captarint, quantumve in operando reliqua multitudo perpessa sit, quamve multi nobilioris notae, qui voluerint rem sibi adscribi, praemiaque donari, facti periculique penitus extorres. Haec pauca, veritus foedum scribentium adulationis vitium, saepe vel mendaciis potentioribus placere studentium, et mentiri minime timentium.

Re'ceptus igitur Neapoli Ferdinandus, arces, quae in Gallorum erant tutela magno MUR., 46
praesidio munitae, obsidebat, ex quibus quae " Nova „ appellatur, quotidie et mari per lembunculos et myoparones infestabat urbem, et terra per equites, qui in arcem se receperant, itinera et commeatus obcludebat.

Has regis et civitatis angustias praenoscens orator Venetiis, exorare exhortarique Dominationem illam, vellet prope effetis Ferdinandi rebus suppetias ferre, et ne sineret, quod tanto sumptu laboreque ad exigendum Italia Gallorum regem impenderint, nunc, recuperata Neapoli, incassum recidisse. Sic sua persuasione rationibus munita exegit ut classem triginta triremium mitterent, proque sumptu apparatus classis, eiusque quotidiano impendio, quaedam oppida Apuliae Adriatico imminentia illis pignori dederentur, pacto ut, post pacatum Regnum, computatis, quae erogaverant, et per regem redditis, tenerentur et ipsi similiter pignora restituere [4].

Dum haec geruntur, Gallorum praesidium, noscens Neapolim defecisse, Arcemque Novam a Ferdinando obsideri, relictis, quae instabant, urbem recuperare, aut arcem obsidione liberare contendunt, adiunctis plerisque proceribus suarum partium studiosis, quos non ad praelium, sed magis ad direptionem praedamque Neapolitanorum invitabant: quod volenti accepere animo secutique sunt. Adventantibus illis, Ferdinandi copiarum pars non infima apud Hebulum, ut transitus inhiberetur, occurrit, ubi male infausteque ab Aragoniis pugnatum. Profligati omnes, captique sunt quam plurimi, reliqui divisi fugam petivere; integrum hostibus suum conficiendi iter remansit [5].

Quod cum Venetias fama pertulisset prius, mox notitia ad oratorem pervenisset, quanto in discrimine regia res esset, ut una et urbem tutaretur, et arcis obsidium non laxaretur, quo, ut par erat, et re ostensum est, hostes statim perventuros esse (gliscentibus partium malis, cura et labor ipsi non minimum accrevere), oportuit, novis et magnis exposcentibus rationibus, Venetos quasi cogere iterum regi Neapolique prope obsesso subsidium delegare. Decrevere igitur illius opportuna sedulitate Mantuanorum principem, eorum ducem, cum equestri

---

1. *C om.* meum, *che hanno A e* MUR. - quoad eius passim *A*; quoad eius facta passim *C*; quoad etiam facere passim MUR.; *ma l'*etiam *parmi insostenibile* — 3. Siciliae, *così in C e nel* MUR.; Sicilia *A*; *ma qui si accenna alla partenza non al ritorno del re* — 5. inani *om. C e* MUR. — 6. MUR. *om.* et *innanzi a* desiderio — 8. minime MUR. — 14-15. lembos MUR. *che vale barche più grandi* — 19-20. recuperare Neapolim *A* — 25. Gallorum *om.* MUR. — 27. MUR. *male lesse* qui — 30. occurrunt *A* - infausteque *om.* MUR.

[1] Cf. per quanto si dice qui l'opuscolo seg. *De varietate fortunae.*

[2] Ferdinando II, dopo l'ingresso di Carlo VIII in Napoli (22 febbraio 1495), si ritirò a Ischia, donde il 20 aprile passò a Messina.

[3] Ferdinando rientrò in Napoli il 7 luglio 1495.

[4] Vennero cedute ai Veneziani, in compenso degli aiuti, che avevano dato in navi, uomini e danaro, le città adriatiche di Trani, Monopoli, Mola, Polignano, Brindisi e Otranto (21 gennaio 1496).

[5] Il combattimento di Eboli avvenne il 1° ottobre 1495 e gli Aragonesi, comandati dal conte di Maddaloni, furono sconfitti dal principe di Bisignano, partigiano dei Francesi.

pedestrique manu ad regem mittere [1]. Quo cum venissent, offenderunt hostem, Neapoli nequicquam tentata, recessisse, arcemque, ut repererat, obsessam reliquisse.

Haec inter non satis illi fuit labore et periculis regi suo opitulari; verum et facultatum, quod inerat, exhibere; aureorum enim duo millia, quae sibi ad augendam fortunam vel sublevandam servaverat, prompte, ut se iuvaret, regi ipsi danda curavit: qua postea gratitudine rex illum duobus oppidis Calabriae donari voluit.

Ferdinandi res, et huiusmodi, et aliis auxiliis plerisque, in dies praevalebant. Verum cum in persequendis hostibus, illosque obsidendo in valetudinem malam incidisset, nolletque ab eorum insectatione desistere, quoad deditos emitteret, minime eam curare duxit, quapropter insuperabilis facta est, delatusque Neapolim semivivus, biduo ibi mortem obiit, magno civium et alumnorum moerore, sui autem summa expectatione [2].

Ut ergo decreverat orator Venetiis ad regem redire, cum Neapolim venisset, Federicum
MUR., 47 Ferdinando fratris filio successisse reperit, a quo benignissime susceptus, et ob tot labores, quos in suae familiae obsequiis profectibusque impenderat, summopere laudatus, quodve tam pignorumque diuturnam, velut exilium a patria, consanguineorum absentiam tolerasset, ac satis, et tempore, et rebus, tres annos (tot enim legatus Venetiis perstiterat) [3] gratissime commemorans, optare se ait illum deinceps aulae laterique suo inhaerere, ut diligentiam caritatemque Aragonum, quam per ipsum foris exhibitam novisset, etiam domi experiretur. Speraverat enim ad quietem laborumque praemia pervenisse, pacato iam Regno, et Federico, post mortem Ferdinandi, citra dissidium, aut tumultus in regem assumpto: quod secus contigit [4]. Decreverat enim vis illa, quaecumque sit, variis et dolosis artibus Regnum labefactare regemque exigere; cuius rei anxium suspectumque, amicorum, quibus fidebat, ambiguitas responsionum, quin etiam pontificis versutia, qui nuper eum coronaverat, reddiderat, adeo ut omne regni tempus sollicitus incertusque exegerit, nec pro animi sententia administrare potuerit. Haud defuit Joannes Baptista sic perplexo regi, ac statui ambiguo pro viribus opitulari; quotidie enim provisiones, ut res dubiae postulabant, in Consilio suggerebat tales, quae nec omnino suspectos, nec adeo fidentes propalarent, ut libenter dolo machinantium se submitterent. Hac itaque arte, donec, unione illa in regem coacta, prorumperent, et palam hostes se ostenderent, qui hactenus tam submissim et sine arbitris facinus meditati fuerant, se libravit [5].

Iam copiae validissimorum regum Regnum terra marique undique cinxerant, regemque coartaverant, ac velut in arcem in Campaniam adegerant, eoque ad expugnandum properabant. Cumque vires Federici hostibus longe inferiores essent, nec subsidium, quod sperare poterat, nulla ex parte inerat, in consultatione erant, qui ultima experiri consulerent, quorum, praecipua erat sententia. Sed quoniam decernere acie militum paucitas inhibebat, decretum

---

1. MUR. *om.* cum, *che è nei ms.* — 3. pericujo MUR. — 4. illi *A* — 13. tot laborum *A C* — 15. pignorumque *om.* MUR. — 16. extiterat MUR. — 33-34. qua sperare poterat ex parte MUR.

[1] *Mantuanorum principem*: Gianfrancesco III, marchese di Mantova.

[2] Ferdinando tornò a Napoli gravemente infermo il 5 ottobre 1496 e morì fra il compianto generale due giorni dopo. Aveva sposato il 28 febbraio di quell'anno la sedicenne Giovanna d'Aragona, sua zia, nata da Ferrante il Vecchio e dall'altra Giovanna d'Aragona, sorella del Cattolico.

[3] Per la durata della prima legazione a Venezia v. quanto si è detto nella nota 4 a p. 46.

[4] Federico, la cui successione al trono fu ostacolata dalla regina madre, Giovanna d'Aragona, vedova di Ferrante il vecchio, la quale avrebbe voluto conservarlo alla omonima sua figlia vedova di Ferrandino, o, se donne non si fossero accettate, darlo al fratello Ferdinando il Cattolico, fu incoronato da Cesare Borgia, allora cardinale, in nome di Alessandro VI, in Capua il 10 agosto 1497, ossia dieci mesi dopo che era salito al trono.

[5] Lo Spinelli tornò a Venezia come oratore di Federico d'Aragona il 9 settembre 1499 (SANUTO, *Diarii*, II, 1333) e fu ricevuto dalla Signoria in prima udienza il 20 gennaio 1500 (*Ivi*, III, 87). Il Caracc. non fa motto di questa seconda legazione presso la Serenissima e sdoppia invece la prima cominciata nel 1494 e finita, come si è visto, nel 1498.

est civitates ad obsidium communire [1]. Hoc in apparatu videre erat solertiam curamque huiusmodi hominis, Spinelli scilicet, modo in moenibus sarciendis, modo agrestibus, ut se suaque urbi ingererent, cogendis; nunc rei frumentariae, et victui instare, nec iumentorum pabulum negligere, locaque idonea ad horrea et fenilia quin etiam deligere. Insuper tum publice, tum privatim hortari ad molas pistrinaque molienda, ut, si forte exterius frumenta moliri nequirent, esset intus conficiendi facultas. Haec cum quidam amicorum prospicerent, tam accurate solerterque parare, iocando ad eum: “ Actum agis, inquiunt, ut quibus campum “concessimus, eorum ferre obsidionem valeamus, civibus interea omni spe auxilioque destitutis „. Ad quos ille: “ id se agere bene memorem fortunae casusque volubilitatis, quae omni in re, “ praecipue in bello, ostenditur. Quoties enim effetas res vidimus, subitaneo et inexpectato “ eventu, aut morte alicuius aut ob quid simile, vires resumpsisse, praeoptatum ad finem et “ devenisse „ ?

Capua igitur expugnata, hostiliterque direpta, atque omni ex parte pessime habita, decrevit rex, conditionibus nequicquam tentatis, Neapolim arcesque hosti tradere, se interim Aenariam recipere, sumpturus ibi de reliquo consilium. Multa eum nobilitas secuta,' spectataque MUR., 49
inter comites Joannis Baptistae Spinelli fides et principis affectio, relinquentis uxorem, liberos, denique cuncta in manibus hostium, et eorum hostium, quorum pridem infensam immanitatem, saevam et diram hospitalitatem cognoverat, quamque inhumane familiam ac rem suam tractaverant. Quid autem expectandum esset, cum hostes iratos ad ultionem accessisse hominis adeo obstinate sibi malevoli praevideret? Vicit necessitudinem et caritatem affectus et devotio partium. Accidit etiam ut sarcinulae, quas secum necessario delaturus erat, ad naves cum transportandas praemisisset, diriperentur distraherenturque. Civitati enim nullius erat magistratus timor aut reverentia, utpote in similibus evenire solet, et grassabatur licenter populus. Is itaque naufragus ad regem Ischiam pervenit, ubi tantisper moratus, donec rex, impetrata a partium ducibus venia, ut ei integrum esset, utri exactorum mallet principum se credere, elegit Gallorum regem, praeterito Hispano, etsi gentili. Scio autem a multis desiderari, cur potius hunc, quam illum praeoptaverit; quibus me satis respondisse arbitror, semel et iterum, ut historiam ista scire cupientes adirent; mihi vero-utinam Joannis Baptistae mores et gesta solide scripsisse contingat. Ceterum ea tantum levi manu tangam, quantum ad institutum meum necessaria fore cognovero [2].

Rex interim mari Gallias ad earum regem contendit nobili comitatu, quos inter Spinellus hic fuit. Massiliam primo pervenit, ubi nil provisum sibi, aut comitibus invenit. Inde, cum aulam regemque venerari statuisset, iumentis aut praestinatis, aut conductis ire necesse

---

4. pabula MUR. *contro i codd.* - locosque idoneos MUR. - quin *om.* MUR. — 6. facilitas *C*; facultas *A*, *seguito dal* MUR. — 11. optatumque ad finem MUR. — 17. primam MUR. *e così C* — 18. *C*, *seguito dal* MUR., *om.* ac rem — 19. evenisse *A* — 20-21. *Seguo la lez. del cod. A perchè più chiara di quella adottata dal* MUR.: Attamen inter necessitudinem et caritatem primas tulit affectus etc.; inter necessitudinem, caritatem, affectus et devotio partium *C* — 22. nullus *C e* MUR. — 23. libenter *C e* MUR. — 24. Isclam *C* — 25-26. accedere *C seguito dal* MUR. *invece di* se credere.

[1] Re Federico scrisse ai dignitari e ai baroni del Regno: “ Noi avemo deliberato uscire in campo e farimo una bona testa di genti d'arme e di fanti e li “ resisterimo mostrandoli lo viso generosamente; *e più* “ *avemo fortificata Napoli e fornitala di vettuaglia et* “ *altre cose necessarie, e così avemo fatto a molte altre* “ *terre importanti di tal manera che, quando alla cam-* “ *pagna si avesse a cedere, mantenerimo le terre princi-* “ *pali* „ (18 giugno 1501). ARCH. DI STATO IN NAPOLI, *Curiae Arag.*, VII, fol. 204 *b* cit. da L. VOLPICELLA, *Federico d'Aragona e la fine del regno di Napoli nel MDI*, Napoli, R. Ricciardi, 1908, p. 42.

[2] Capua cadde il 24 luglio 1501; il giorno successivo, stando in Aversa, Federico consegnò ai Francesi Napoli coi castelli e le provincie da essi richieste, tenendo per sè solo l'isola d'Ischia (*Aenaria*), e ciò a titolo di tregua per sei mesi, durante la quale non vi sarebbero state ostilità fra le due parti. Quasi tutti gli storici sono concordi nell'accennare alla proposta rivolta da re Federico a Luigi XII di tenere per sè il regno come vassallo della Francia e il VOLPICELLA (*op. cit.*, 66 sgg.) crede che il re di Napoli conchiuse la tregua di Aversa, perchè contava di cacciare gli Spagnuoli con il favore dei Francesi e di dividere con costoro il governo. Luigi non accettò incorrendo nel biasimo del Machiavelli, il quale disse che “ dove posseva lasciare in quel Regno “ un re suo pensionario, ne lo trasse, per mettervi uno “ che potesse cacciarne lui „ (cf. *Il Principe*, cap. III).

habuit; ad quem cum pervenisset, nihilo umanius aut liberalius acceptus; ab ipso enim, quo appulsus die, suis se alere impensis coactus est. Nondum sibi statutum erat annuum salarium, quale nec ut ipsius Federici fortuna indigebat, nec Gallorum regis opes et potentiam decebat. Erat enim maxima eius comitum spes, credentium Federicum ipsius Gallorum regis auxilio in suum Regnum restituendum[1].

Ita se habentibus rebus, seu principis Gallorum fuerit inventum, seu patris voluntas, Ferdinandum, quem nuper Federicus pater Calabriae ducem nuncupaverat (praerogativa honoris est successuro Regni), ad se in Gallias accersere, qui aptius id ageret, Joannes Baptista Spinellus prae cunctis eligitur; qui citissime ad iter se praeparat, magnoque labore tabellarii celeritate id conficit[2]. Ingresso igitur Regno, maior illum periculi cura incessit; quippe Gallorum partibus, et Hispanorum aeque suspectus admittitur. Galli enim vetuerant Neapolim ingredi. Aderant autem e nostris delatores, qui venisse illum, aliquid novi moliturum, autumarent; ideoque observandum diligenter, quibuscum versaretur, quique ad eum scribant, literasque recipiant, perscrutandum. Quin etiam suam amicorumque domos ambiendo circuibant, an forte furtim subintrasset.

Etsi non ea a Ferdinando Consalvo Hispanorum regis duce maximo receptus est acerbitate, minime tamen benigne. Erat enim Tarentum ducemque Calabriae obsidendo premens. Qui cum praescripsisset eum loco sistere, nec ulterius Tarentum versus pergeret, (Mur., 40) praecidit illi omnem viam, qua per literas aut nuntios mandata patris ad obsessum ducem perferri possent. Inter consultationes, quas cum Consalvo egerat, non sinere ducem ad patrem, etiam tradito Tarento, reportare novit: unde clarius, quod suspicabatur, cernens, et Hispanum, et aeque Gallum cupere Calabriae ducem in suam quemque ditionem pro pignore et obside pertrahere, frustraque amplius morari, ea celeritate et labore, quo advenerat, in Galliam reversus est, nuntians regi, quo in statu rem reperisset, quoque reliquisset.

Postquam vero Gallorum rex Mediolano, quo eum Federicus maxima spe secutus fuerat, reversus fuerat, ipsumque reduxerat exutum expectatione recuperandi Regni: hoc etiam comites tam nobiles dispicientes, et frustra tempus sese consumere, nec usui regi suo esse, sed potius oneri propter subventiones, quas illi tribuere necessario haberet e salario tam modico illi proviso, Federicum unanimes adeunt, causamque suam moesti dolentesque exponunt, quemadmodum ipsius caritate et obsequio domos, facultates, pignora denique et patriam, quae cuncta complectitur, reliquissent, et res eo perducta sit, ut ipsi inutiles onerosique forent, ne desides inertesque illius res consumerent, optare Maiestatis suae grata venia

---

1. *Seguo la lez. del cod. A migliore dell'altra di C e del* Mur.: nihilominus haud liberalius - *i codd. e il* Mur. *om.* quo, *che è nell'ediz. del* Gravier — 2. statuerant *A* — 3. *A om.* nec Gallorum regis opes et potentiam decebat, *che è in C e nel* Mur. — 6-8. *la frase* seu patris voluntas *nei codd. e nel* Mur. *segue alla parola* Regni, *ma è preferibile la lez. da me adottata* — 8. successuri Regno *C e* Mur. - avertere *C e* Mur. - *A C aggiungono* hoc *prima di* qui — 10. confecit *C seguito dal* Mur. — 12. Mur. *om.* autem — 14. suas *C e* Mur. — 17. obsidione Mur. — 20. consalutationes *C e* Mur. — 25. *C e* Mur. Mediolanum — 27. quod comitatus tam nobilis dispiciens *A C* — 30. pignora *om. C e* Mur.

[1] Federico salpò da Ischia il 6 settembre 1501. Dopo aver approdato a Genova, dove fu onorato dagli uomini del re di Francia, passò ad Asti, privato dominio di Luigi XII. Superate le Alpi, e incontrato dalla figlia Carlotta, maritata con Guido di Montmorency conte di Laval e dai gentiluomini della corte francese, andò dal re, che prima gli fu cortese, poi lo trascurò, infine lo ritenne in un'onorevole prigionia. Volpicella, *op. cit.*, pp. 75-76, e cf. l'opuscolo *De varietate fortunae.*

[2] Ferdinando nacque da Federico e da Isabella Del Balzo il 17 dicembre 1488. È noto che era rinchiuso in Taranto, dove lo assediavano gli Spagnuoli del Gran Capitano Consalvo di Cordova, ed è noto pure che nel marzo del 1502 il giovinetto, disperando di altro soccorso, si arrese a patto di uscire libero, ma il comandante spagnuolo lo ritenne prigioniero, inviandolo in Ispagna. Dopo di ciò Federico cedette a Luigi XII tutti i suoi diritti sul Regno di Napoli ricevendone in cambio la contea del Maine per sè e i suoi eredi con l'annuo assegno di 30 mila lire tornesi (maggio 1502).

patriam resque suas revisere. Sin autem sibi status aliquid emolumenti foret, perlaturos in mortem omnem laborem periculumque, quemadmodum ante digressum statuerant.

Ad quos rex pauca, spiritum intercludente singultu, et oborientibus lacrymis, nosse se vera et debita postulare; cui si verecundia non obstitisset, tam bene de se meritos dimittere, profecto obviam obtulisset. Sed quoniam honesta eorum postulatio frontem detersisset, benigne commeatum dare, illosque suum conceptum prosequi suadere. Dolere se pro iniquitate fortunae nequisse eorum meritis et suae gratitudini satisfacere. Nihilominus scirent ob obsequia et exhibitam in se caritatem, semper obgratum fore et esse: quod sequentis fortunae eventus ostendet. Sperare tamen ob gratiam Gallorum principis obtenturum, ut Regno praesidentibus mandando scribat, domos reliquaque, quae eorum fuerant ante sequelam sui ipsius, integra perpetuaque fide restituantur; nec crimini aut invidiae habeatur eorum obsequium. Quo obtento, eos dimisit non citra utrorumque moestitiam, et etiam lacrymas, quorum maxima pars ad propria remeavit. Paruit enim magistratus, visis Gallorum regis literis.

Hic tamen noster Joannes Baptista, velut oblitus suorum, Neapolim adire neglexit, ausu secundum multos temerario, iuxta successus provide iudicato. Sed postquam sub Federico sectari Aragonios non dabatur, audiens inter Gallorum ducem Hispanumque bellum obortum divisione Regni, et quod tam dupla versutia secreto paraverant, tam cito publice atrocissimi belli causa extiterit, adiit Ferdinandum Consalvum Hispanorum ducem maximum Baroli velut obsessum, se suosque tuentem; erat enim hostibus viribus impar. A quo benigne grataterque susceptus, velut frugi, partiumque suarum devotissimus, negotiisque opportunis adscriptus, qui vero non ut uni tantum ministerio deputatus singulariter inhaerebat, sed omnium munerum participem se praebebat [1]. Aderat enim, si quid de statu belli consultaretur, si quid de resarciendis moenibus, fossis muniendis, emittendis exploratori'bus, dandis recipiendisque literis; MUR., 50
denique dux ipse nil agere, nil decernere, eo inscio, vellet; probaverat enim esse illum summa fide providaque solertia et gestis. Sic itaque ibique curanti, aut curantibus inhaerenti, singulare et necessarium onus imponitur.

Laborabat autem exercitus annonae penuria, utpote cui nisi navibus, et eminus adduci posset. Terra enim hostis potiebatur, et maria saepe, ut evenire necesse erat, aut tempestatibus, aut hostilis classis obiectu, intercludebantur. Huic ergo curae potissimum incubuit, modo hortando cives velle credere frumenta viritim, redditurus mox appulsis navibus, quas in dies opperiebatur, modo publice monendo inter se cogere frumentorum numerum, quem uno in loco congererent; optime enim callere, quis eorum necessitati et discrimini commodius subvenire posset. Hoc suo ducisque nomine polliceri, nemini ex eo damnum perventurum, et ducis gratiam cumulatius adepturos, protegentis non minori caritate Barolitanos, quam suos milites. Sic pluribus mensibus eo modo curavit, humaniter scilicet, nemine plusquam libuerit conferente. At, cum pelagi saevitia naves Barolum commeatum apportantes adverso

---

1. revisendi liberum facere *A* — 9. ostendat MUR. — 10-11. vestra .... meam .... vestrum *A* — 13. etiam MUR. — 19. hosti *C e* MUR. — 22. enim *om. A* — 24. probaverat enim se ipsum *A* — 27. advehi *C seguito dal* MUR. — 33. *C e* MUR. in *dopo* nemini — 34. Barletanos *C e A* — 36. appetentes *C e* MUR.

[1] Il Cattolico fu molto grato allo Spinelli dei servizi resigli durante l'assedio di Barletta a segno che, nel concedergli la contea di Cariati, ne volle ricordare l'opera benefica prestata dopo la partenza di re Federico.

Lo Spinelli, diceva il re di Spagna, " qui non Andegavensium sed Aragonensium partes semper secutus " fuerat, relicto dicto rege Federico, ad dictum Catholicum regem se contulerat, cumque inter dictum regem " Catholicum et regem Franciae atrocissimum bellum " conlisisset, et copiae Aragonenses temporibus cedere " putantes inter Baroli oppidum paene obsessae tenerentur, et quod reliquum erat Regni totum hosti pareret, et multi, qui antea Aragonenses partes tuebant, " metu perculsi, ab eo defecerunt arbitrantes actum esse " de eis, dictus vero Joannes Baptista summo studio et " devotione ductus paterna avitaque vestigia imitando " domo, familia, coniuge, liberisque in hostium potestate " relictis, intra eiusdem oppidi moenia se contulerat, " et tam ibi quam ubique locorum res Aragonenses iuvavit " (ARCHIVIO DI STATO IN NAPOLI, *Quinternioni*, vol. 17, Calabria Citra e Ultra).

vento alio delatae forent, tunc urgente famis pericolo, et inde immineret tumultus, expedire visum est, curiosius, severiusque quam hactenus rem agere. Edixit enim, ut unusquisque quantum frumenti penes se esset, scripto ostenderet. Vellet equidem dux, quamdiu exercitum populumque alere posset, agnoscere. Interim nemini vi extorqueri, ne granum quidem permitteret. Hoc sub metu oppidanos a fraude detineret, liqueretque frumenti summa. Revisenti insuper attentius frumentariam rem evenit reperiri siros [1] aliquos, seu vetustate oblitos, seu dominorum cura suppressos, quibus reclusis tritici copia ingens effossa est. Aucto igitur frumento, viritim per magnorum contubernia, et per singulos milites tanta moderatione et respectu id impartiebatur, ut et ingenti contubernio, et singulorum indigentiae provisum videretur, essetque omnibus satisfactum, ipsisque attestantibus ministri diligentem ac providam sui curam. Hoc frumentarium ministerium, quoad exercitus Baroli mansit, non minus fideliter, quam sagaciter peregit. Unde ad hanc usque diem eius observantia promissorum honorifice praedicatur, nihil non observatum polliciti, nec minori laude apud milites extollitur. Audivimus ipsi illos, solertia Joanni Baptistae Spinelli, secundum loci et temporis angustias, victum abunde habuisse, et, quod difficilius, sine rixa aut tumultu, quem pluremque panis indigentia generare solet.

Profligatis apud Ciriniolam Gallorum copiis, eorumque duce et maxima parte militum caesis, cum victore exercitu Neapolim venit, ubi suos a Gallis pessime habitos reperit [2]. Extiterant enim e nostris potissimum, illorum res indagantes, quotidie virum incusantes, uxorem familiamque vexantes, remque distrahentes. Hoc enim erat, quo maxime iuvare partes valerent, deferre illos, et in sortes adversae factionis obrepere, indagatores rapinarum, ut ipsi portiunculam nanciscerentur. Hic licet viri huius benignitatem advertere, qui cum aliqua a raptoribus restituerentur, et bene nosset sibi plura reservasse, nil ulterius repetiit. Multi
Mur., 51 insuper quos sua scelera merito carcere obcluserant, suo favore ac precibus, ut' solverentur, obtinuit, et hi quidem infensissimi uxori et familiae exstiterant. Ipse in concinnandis rebus suis, quas dissipatas et laceras hostium avaritia et odio repererat, tempus insumebat, negotia curiae, et ducis sedulitatem non relinquens.

Interea reliquiae fugati exercitus Gallorum in agro Cajetano (quoniam civitas pro eis stabat) se coëgerant, ut, adveniente auxilio, quod Romae scribebatur, iterum in nos superato Liri arma inferrent. Quod noscens Ferdinandus Consalvus Hispanorum dux, raptim eductu exercitu, quem in hyberna remiserat, citeriorem ripam fluminis occupare contendit, ut hostem ingressu arceret.

Dum ergo exercitus e regione starent, flumine eos dividente, erant Ferdinandi copiae, propter hyemis saevitiam et proximi belli pleraque incommoda, exhaustae multis necessariis, praecipue tamen nummis indigentes. Fiscus enim vacuus erat, et vectigalium reditus propter motus plerumque cessabant. Restabat modo Neapolis cum adiacentibus oppidis, unde aliquid istiusmodi defectui subveniri posset. Delegatur haec provincia Joanni Baptistae Spinello, utpote qui annonae angustiis Baroli tam sagaciter iusteque opitulatus fuerat; satageret, unde pecunia exigi posset pro exercitus stipendio. Quam rem, etsi difficilius cognosceret, nummos exigere a divitibus, nondum pacatis rebus, quam ab aratoribus unius oppidi triticum, nihilominus bono animo et spe aggreditur. Primi, quos ad praestandum invitat, fuere ditiores, sponteque oblaturi, summamque collegit, quam ad ducem in castra deferens, subsidium fuit

---

1. immineret *om.* *A C* — 4. a nemine *C*, *seguito dal* Mur. — 8. contubernium *C* — 10. diligentiam *C seguito dal* Mur. — 14. illos *om.* *C e* Mur. — 19. pessimam illorum naturam instigantes *A C* — 23-24. Multi *e* merito *om.* *C e* Mur. — 25. Is in convertendis *C seguito dal* Mur. — 26. impendebat *C e* Mur. — 28. Gallorum *om. in A* — 31. Hiberiam *C* — 35. indigebant *C*, *seguito dal* Mur. — 39. cognoverat *A*, *seguito dal* Mur. — 42. referens *A*

[1] *Siros: sirus, i* (dal greco σειρός ovvero σιρός, granaio sotterraneo) usato da Q. Curzio Rufo e da altri scrittori latini, corrisponde al nostro *silo*.

[2] *Ciriniolam* = Cerignola, in vicinanza della quale i Francesi, condotti dal duca di Nemours, furono sconfitti dagli Spagnuoli del Gran Capitano. Il comandante francese morì nel combattimento (28 aprile 1503). Il vincitore entrò trionfante in Napoli il 14 maggio.

militi, et spes subinde se oblaturum. Revertens non destitit a pecuniosis, et qui commodius praestare possent, exigere; fidem ducis suamque obligans ad praestitutum tempus redditurum, et hoc modo quantitatem ad ducem misit. Ipse autem restitit ad amplius requirendum. Instabat enim quotidie Ferdinandus Consalvus denarium exposcere, et eius penuriam exponere, summoque discrimine illius defectu rem periclitari. Quod ostendens, ac ducis exercitusque periculum obtestans, minasque postulationi addens, memorem quoque fore regem eorum, qui mutuo rem suam darent, annuens, non paucos iis verbis ad subveniendum compulit, et vectigalia, si qua hactenus libera remanserant, obaeravit: frequentius tamen versura priorum creditorum aes solvebat. Hac solertia inserviendi studio singulis fere hebdomadibus pecuniarum ad ducem subsidia aut ducebat, aut mittebat, donec adversi exercitus pro ripis starent, alter ut erumperet, alter vero ut arceret. Postea regis felicitate, exercitusque virtute, quod ab hostibus timebatur, in illos decidit; transgressus enim noster miles, deturbatisque, qui ulteriorem ripam servabant, in eorum agrum erupit stratis fugatisque hostibus, ea strage ut, paulo post, etiam Cajeta in Ferdinandi Consalvi ditionem venerit [1].

Interea Joanni Baptistae Spinello, quem praecipue dux ipse extollebat, memorans tempestivam illius sagacitatem, contempto labore, subsidium exercitui pertulisse aut misisse, evenit ut filia nasceretur, quem ut compatratus necessitudine sibi iungeret, eàm a sacro fonte sustulit. Insuper ut fidem illius adversa valetudine approbaret, aeger cum esset, iaceretque in Arce Capuana, bis quotidie escam a medicis indictam structamque uxoris ma'nibus, velut MUR., 52 tutam mundamque sumere procurabat. Haec etsi frivola apposui, non tamen otiosa ad sequentia legentibus. Discent enim non modo, quam instabiles momentaneique sint potentiorum favores et laudes, verum etiam quam levi suspicione, aut invidorum susurro, ad odium et perniciem paulo ante laudati vertantur.

Interim a regio et ducali obsequio non desistebat, et domui cum pro facultatibus consuluisset, tempestivum praecisumque visum est regem in Hispaniis agentem convenire. Ita qui Italiam, Germaniam, Pannoniam Galliamque peragraverat, ingressus est intrepidus iter tot aestuosis fretis tranandum, occidentales plagas revisurus, quem profecto transitum non citra discrimen timoremque peregit; eoque modo ad optatum regem pervenit. A quo et ab omni aula benigne honorificeque susceptus (ut quibus constiterat ipsius in partibus Aragoneis affectus, inque illarum obsequiis navata egregia et utilis opera), salutatis reverenter regibus vivebat. Tunc regina coepit ab illo percontari, ad quid tam longum periculosumque egisset iter. Docuit enim regem modum partae victoriae, Regnique statum, fisci redditum omnem, quibusve partibus et vectigalibus colligeretur, animalium pascua, tritici extractionem, nec minus quantum e sale, focisque, dempto quod ipse elargitione et compensatione donaverat, remaneret: quibus finibus provinciae determinarentur, earumque nomina, et salaria, et reliqua, quae regem nosse oporteret.

Iis igitur instructo, visum est principi, virum tam frugi ad rerum suarum commodum in Regnum remittere, quem assidue per horas sine arbitro colloquens, non solum amore, sed etiam admiratione sibi devinxerat. Ante ab Hispania discessum accidit Isabellae reginae mors, cuius iustis, aeque ac principes Regni, pullatus interfuit [2]. Honoratus dicam, an oneratus privilegiis et magistratibus ad nos pervenit. Hinc fax tantorum odii, et maxime Ferdinandi Consalvi; quippe praesciverat haec ingratissimeque tulerat. Erat enim perfamiliaris a secretis principis, unde facile nosse potuerat. Collectis ergo capitibus, quibus virtutes

---

1. se *om. nei mss.* — 4. autem *dopo* instabat MUR. — 8-9. frequentius .... solvebat *om.* C — 14. mox A — 17. filius.... eum MUR. — 19. indultam A — 22. suspicionum A — 25. tempestativum MUR. *contro i codd.* — 26. Galliamque *om. in* A - pervagaverat C — 38. ad Regnum C *e* MUR. — 41. odiorum MUR. *contro i codd.* — 43. collatis C *e* MUR.

[1] La battaglia del Garigliano avvenne il 28 dicembre 1503. Gaeta fu presa il 1 gennaio 1504.

[2] La regina Isabella di Castiglia morì il 26 novembre 1504.

honoresque Joannis Baptistae Spinelli invisae erant, ut tutius id agerent, privata in domo consultant, quemadmodum advenienti, tot documentis et magistratibus suffulto, obsisterent, et quae afferret, irrita facerent. Non desistunt per huiusmodi lenocinii medios multos subvertere, eosque ducere et parare ad illius impugnationem. Hos non adeo privati hominis odium, quam ducis spes aut timor adegerat, paratasque invenit, non modo Ferdinandi operas, sed et civium plerosque versutia aut livore pellectos [1].

Ipse nihil antiquius duxit, quam ducem Ferdinandum humiliter salutare, et regis gratitudinem pro victoria et pro reliquis in se officiis benevolentiam nuntiare; ad quem etsi gratum benevolumque se ostendere vellet, nequaquam dissimulare valuit, quin vultu et male cohaerentibus verbis animum suum ostenderet pessimum [2]. Sic tradidit illi officiorum sibi a rege iniunctorum privilegia, ut ipsius bona venia exercere liceret. Accepta cuncta non restituit, causatus inesse, quae magistratus gerentibus officerent, quod minime velle regem crederet: proinde illis se abstineret. Hinc non destitit illum, tum per se, tum per Curias, quin etiam
Mur., 53 per Civitatis' Electos, exercere et satagere omnem iurisdictionem auferre: quod minime obtinuit, cum magna totius urbis contentione certatum esset. Vicissim seniorum et amicorum parti, ut in magistratu officioque persisteret, adversabantur ex nobilitate plerique, qui dona concessa a praedecessoribus principibus ampliare, aut perpetuare postulabant praesentis regis gratia, cuius patrimonii is Conservator erat. Quibus ingenue fatebatur, non suas esse partes, sed domus suae, tantum dona et concessionem praescriptis conditionibus confirmare subscriptione suae manus; nihilominus vigere hic Cameram fiscalium rationum; staturum se illius iudicio, an quod peterent, iure fieri posset: quod minime tentavere, diffisi Camerae sententia. Multi tamen, et salaria, et quae petierant, Ferdinandi Consalvi auctoritare assecuti sunt.

---

1. ageretur MUR. — 17. regibus *C seguito dal* MUR. — 21. in re *A*

[1] Notizie sulla missione dello Spinelli in Ispagna si rilevano dalla *Corrispondenza dei re Cattolici col Gran Capitano* pubblicata da L. ILDEFONSO SERRANO Y PINEDA nella Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos, 1909 sgg. Cf. specialmente XVII (1913), p. 108 sgg. Dalle lettere del Cattolico si desume che Consalvo designò il gentiluomo napoletano a coprire il posto di Conservatore generale del Patrimonio e che il re approvò la designazione allargandone i poteri secondo le istruzioni a lui stesso consegnate. Il Cattolico nella medesima circostanza affidò allo Spinelli l'incarico di tenere i conti dell'Azienda reale in vece di Luigi Peixo occupato nella custodia di Castelnuovo (lettera al Gran Capitano da Toro, 24 febbraio 1505, *ivi*, 110-111). Ved. nella stessa *Correspondencia* i vari incarichi dati dal Cattolico allo Sp. per il Gran Capitano in quella circostanza (*ivi*, e p. 372 sgg., dove è l'ordine di concedergli 1500 ducati sulla contea di Cariati, disponendo che sia revocata la vendita di quella contea fatta da Consalvo al commendatore Trebejo con il debito compenso al compratore: lett. di Ferdinando da Toro, 12 marzo 1505; cf. pure p. 382 e 461, dove si apprende che un figlio del Trebejo si recò, invano, alla Corte per procurare di mantenere la contea acquistata). ARCH. DI STATO IN NAPOLI, *Quinternioni*, vol. 17 (Calabria Citra e Ultra): Ferdinando il Cattolico, in rimunerazione della fedeltà a lui mostrata e dei servizi prestati, concede al "Magnifico" G. B. Spinello "pro se suisque "haeredibus ex corpore suo legitime descendentibus" la contea di Cariati con Terravecchia, nonchè Scala Coeli, Campana, Umbriatico, Bocchigliero, Cerenzia, Caccuri, Verzino e Rocca di Neto "cum fortellitiis, "casalibus, feudis, subfeudis, vineis etc., fidis etc., pa"nagiis, dohanis, fundacis, gabellis, aquisque, baiula"tionibus, mero etc., baneo iustitiae et cognitione om"nium primarum causarum, quatuor literis arbitrariis "et cum omnibus ad dictum comitatum spectantibus "et pertinentibus, ad habendum etc., in feudum etc." a condizione che si versasse alla R. Curia il supero della rendita di 1500 ducati, che eventualmente il feudo con le sue dipendenze potesse produrre ogni anno (1505). Più tardi con altro privilegio del 5 maggio 1507 lo stesso re Cattolico concesse allo Spinelli la cognizione delle seconde cause civili, criminali e miste. Nell'anno 1524 a G. Battista succedette Ferrante suo figlio, il quale, denunziata la morte del padre, offrì il "rele"vio" tanto per la contea di Cariati quanto per le terre di Castrovillari, Paola e Fuscaldo e per il feudo di Pantana acquistati per 500 ducati annui da Fabrizio Colonna.

[2] "Alli septe del mese di aprile, anni 1505, di "lunedì, lo predicto illustre Signore Prospero (*Colonna*), "una con lo Signore Hectorro Ferramoscha de Capua "(et) Messere Ioanne Baptista Spinello, ritornaro in "Napoli da Spagna da dicte Cattoliche Maestate et, "innanze che arrivassero, andaro ad Pezulo dallo il"lustre Signore Gran Capitanio ad parlarele, lo quale "Messer Ioan Baptista venne Conservatore generale del "patrimonio, quale lo hebbe per la bona relacione data "per lo illustre Signore Gran Capitanio a le Cattoli"che Maiestate" NOTAR GIACOMO, *Cronica di Napoli* (ediz. GARZILLI), Napoli, 1845, p. 272.

Decreverat enim, postquam abrogare penitus cunctam illius iurisdictionem nequiverat, per singulos actus infringere ac delere.

Crescebat autem in dies odium et licentia laedendi, postquam nosset regem his insultibus et iniuriis nec providere, aut remedii aliquid afferre, vererique ne eum offenderet. Unde animos illi fecerat, et Joannis Baptistae promptitudinem sive fiduciam imminutam incuria aut lentitudo regis ostenderat. Has cum inter angustias tereretur, erant necessariorum sibi, et Ferdinandi Consalvi amicorum, qui illum abdicare magistratu suaderent, si iram magni ducis lenire cuperet; hoc enim erat illi maxime invisum, se invito iurisdictione uti. Quibus nullo pacto id se facturum respondit, ut, quod sibi rex pro sua re iniunxerat, alicuius timore desereret. Ubi vero Consalvus cognovit haec se impune contra Joannem Baptistam agere, et licenter multa a rege mandata praeterire, decrevit omnino illum perdere, urgentibus intimis suis: corruperat enim e servitiis aliquos, per quos resciret, qua hora domo egrederetur, et qua reverteretur, et an veneficia caveret escis exploratis utendo. Publice tamen et vi in illum grassari indecorum sibi ducens, omnem pervestigabat viam qua praetextu iuris in carcerem traderet; et modo ex iis, quae in magistratu egerat, postulando, modo Venetorum amicitiam illi obiectans inquirensque, tamquam regi adversam, gliscente in dies nocendi odio, quod indulgentia principis nil non audere permittebat, et nuntians velle hinc amovere, secumque iturum ad regem ducere.

Interim certior factus appropinquare sui exitium, cautumque videns suis intimis regem adire, idque palam poscere, neque perficere tutum, statuit quoquomodo aggredi, quod si succederet, bene consultum; sin secus, ubivis honestius cecidisse videretur: posse enim alterum, Dei adiutorio, salvari, alterum vero Ferdinandi Consalvi pertinacia, quin periret, impossibile iudicabat. Quotis autem diebus cum in arcem ad ipsum ingrediebatur, votis pro reditu obligabatur. Dum haec tantum tristia ambiguaque meditatur, ecce febricula eum invasit. Sequenti die percontanti Ferdinando Consalvo, cur non sibi adstitisset, responsum, iacere aegrum: quod minime verum putans, advocatis medicis, reperit sic esse, illique salubria pharmaca, reliquaque tamquam necessaria febricitantibus exhiberi. Imperavit ergo illis, ut quotidie statum valetudinis ad se deferrent; misit insuper specie visitantis, ut discretim explorarent, an medici vera retulis'sent, qui identidem se reperisse dixerunt. His igitur cognitis, MUR., 54
statuit omnino vel aeger iter suum destinatum peragere, ut qui probe nosceret, etiam si non e strato surrexisset, in carcerem traducendum [1]; quare ex amicissimis Fratrem Simonettum Sangrium, consobrinum suum, militem Rhodiensem, virum strenuum, omnique vel arduo facinori idoneum, sibi comitem elegit; obtulerat enim se ultro itineris et discriminum socium et consortem fore [2].

---

3. autem *om.* *C e* MUR. — 5. immunitam *A* — 6. versaretur MUR. *contro i codd.* — 7. Consalvi *om.* *C* - abiurare *A* — 9. respondit *om. i codd.* — 10. Consalvus *om. i codd.* — 11. animo *A* — 12. servis MUR. — 16. tam MUR. *contro i codd.* - crescente *C seguito dal* MUR. — 19. interdum MUR. *contro i codd.* — 27. adhiberi *A* — 28. ferrent *C*, *seguito dal* MUR. - visitationis *C e* MUR.

[1] "Adì XVIIII de marzo anni 1506, de iovedì a "nocte venendo el venerdì, messere Ioan Baptista Spi"nello v. i. d. Regio consigliere et Conservatore del "patrimonio, se partìo dalla Cità di Napoli et andò "per terra fino ad Pontecorvo et dallà scripse allo il"lustre Signore Gran Capitanio dela applicacione sua "et che andava in Yspagna. Lo quale messere Ioan "Baptista, per stare indisposto de febre, stava in "casa sua socto pregiaria de due millia ducati de non "se partire da dicta casa senza expressa licencia del "predicto signore Gran Capitanio. Del che ne foro "prisi Francisco Debienna et Angelo .... al quale fo "data la tortura, et, secundo parabalavase, se diceva "che messer Ioan Baptista havea facto scrivere più "lectere al dicto Angelo, como ad un suo cancelero, "a la Maesta del Signore Re, et exponeva in quelle "multo male del predicto Gran Capitanio ala predicta "Maesta; et quello dì più scrivani erano intervenuti "ad exemplare certi libri de administrazione de dicto "messere Ioan Baptista, et la nocte se ne ando con Dio "et hebbe per guida XII balestreri „ NOTAR GIACOMO (ediz. GARZILLI), pp. 283-84.

[2] *Fratrem Simonettum Sangrium militem Rhodiensem consobrinum*: Fra Simonetto Di Sangro, figlio di Placido e di Lombardella Spinella, preso l'abito di cavaliere gerosolimitano, divenne commendatore del-

Comparatis pro rerum angustiis necessariis, prima face urbe egrediuntur, falsis portarum custodibus. Secunda vigilia Vulturnum devenere, ubi ad destinatum locum pontonos non offenderunt. Erratum est aliquamdiu: tandem oriente sole ad Lirim fluvium pervenere, quem ignoratum portitores transmiserunt. Ulteriore ripa invenerunt milites illustrissimi Prosperi Columnae sibi amicissimi et hoc in discrimine fautoris praecipui, a quibus illico extra limites Regni deductus est [1]. Mane autem Clemens medicus, ut aegro consuleret, simul et ut iussioni ducis obtemperaret, adfuit. Cui uxor constanti et nihilo mutato vultu, respondit virum inquietam egisse noctem, nunc obdormire; ne eum importune experge faceret, reverteretur, si placeret. Reverso post iterum respondit, adhibitis fomentis quibusdam viro, subito somnum irrepsisse; orare illum iterum, ne quietem rumperet; in suam gratiam, virique salutem, ne pigeret iterum adesse. Cumque tertio reverteretur, inquit iniunctum sibi omnino visere eum. Dispiciens ergo uxor ulterius rem non posse produci, nec dare verba, protulit chirographum, quod discedens vir ostendendum reliquerat. Continebat enim et magistratibus, et cunctis notum esse velle, se regem suum conventurum Hispanias petere: quod ne fraudi sibi esset, nec fugae adscribi posset, propalabat. Quo inspecto, dux, velut furiis agitatus, delusum se a medicis vociferans, veredarios illico ad persequendum immisit insimulans ad Venetos illum fuga tendere. Infremebat autem maxime in Sangrium, quod ausus fuerit hominem sibi adeo infestum, se invito, relictis suis, fugientem comitari.

Interim Prosperi praesidio Romam ille perductus est, ubi minime tutum se iudicans (verebatur enim ne oratoris regis, amicissimi Ferdinandi Consalvi, auctoritate retraheretur ad eum) delituit apud Abbatem Jacobum Piscicellum uxoris suae avunculum, donec aliquantulum reticeretur [2]. Unde, suum continuans iter, non per vias consulares, sed per arva, et montium diverticula minime existimanda, Senas [3] praetergressus est. Illuc enim veredarii, eum pervestigatum secuti, spe frustrati, revertuntur. Ipse fidentius pergebat, utpote per regiones minime Ferdinando subditas. Pervenit Regium Lepidum [4], ubi auctus est famulitio; repererat enim germanos Michaelis Sacerdotis domestici sui, qui ultra eum comitari sese obtulerunt. Iis igitur comitatui additis, Alpes transcendit, febre non adhuc penitus expers, neque ieiuniorum metum relinquens. Talem se circumspectans, in citeriorem Hispaniam tandem devenit, unde ad nos nuntium primum de eo pertulit Petrus Torellus, eques Siracusinus Regnique aerarius [5], inquiens scripsisse sibi uxorem, proxime divertisse in domum suam, qui et comitatu, et statura exacte Joannem Baptistam Spinellum describebat, qui ut valetudine commodius se'

---

2. portitores *C e* MUR. — 9. interim, *C e* MUR. *ma la lez.* iterum *di A è preferibile* — 16. immitit *C e* MUR. — 17. fugam *C e* MUR. — 22. Inde *C, seguito dal* MUR. - in via *C e* MUR. — 25. Lepidi MUR., *seguendo C* — 26. ultro MUR. *contro i codd.* — 27. febris MUR. *contro i codd.* - iniuriarum MUR. *e così C* — 29. Siracusinus *om. in C e nel* MUR.

l'Aquila. Fu carissimo agli Aragonesi e il re Federico dette a lui e al fratello Bernardino il castello di Montazzoli in Abruzzo, che era appartenuto all'altro Di Sangro, Tommaso, ribelle, e concesse inoltre l'annua rendita di centocinquanta ducati sulla dogana d'Abruzzo. Lo stesso re lo mandò a condolersi in nome suo presso il papa Alessandro VI del caso avvenuto a donna Lucrezia, la quale, andando a diporto in una vigna del pontefice, era caduta e si era sconciata (1499). Ferdinando il Cattolico nel 1507 confermò a Fra Simonetto e a Bernardino il possesso di Montazzoli, aggiungendovi le terre di Bugnara, Frattura, Colleangelo e Iuana, e l'anno appresso le loro sorelle Giovannella, Cassandra ed Eleonora rinunziarono alle quote ad esse spettanti sulle medesime. Una figliola del Caracc., Lucrezia, fu moglie di Bernardino. F. CAMPANILE, *L'Historia dell'Illustrissima Famiglia Di Sangro*, Napoli, 1615, pp. 66-67.

[1] Prospero Colonna (1452-1523) amico dello Spinelli, col quale era tornato recentemente dalla Spagna.

[2] *Abbatem Jacobum Piscicellum uxoris avunculum*: Giacomo Piscicelli, figlio di Giovanni e di Vannella Acciapaccia, creato vescovo di Lecce nel 1503. Morì nel 1507. Era fratello della prima moglie dello scrittore, Beatrice, e quindi zio materno di Livia Caracciolo, che aveva sposato lo Spinelli.

[3] *Senas*: Siena.

[4] *Regium Lepidum*: Reggio Emilia.

[5] *Petrus Torellus eques Siracusinus Regnique aerarius*: Pietro Torello o Torellos cavaliere di Saragozza, forse fratello di quei Torello, di cui parla CARLO DE LELLIS nei *Discorsi delle famiglie nobili del Regno di Napoli*, Napoli, 1654, I, 235-237, uno dei quali, Bernardo, cavaliere di Barcellona, morì in Napoli nel 1513 e fu ivi sepolto nella chiesa di S. Maria delle Grazie Maggiore a Caponapoli.

haberet, festinare ad regem suum necessario aiebat; nec non et causam subticuerat; credere, brevi regem conventurum. Mur., 55

Ad quem cum tandem pervenisset, suppliciter salutat. " *Ex quo*, inquit, *honoribus, et " magistratibus a Celsitudine tua mihi collatis, in tuo me reique publicae obsequio uti atque " exercere voluisti, minime ob Vicesgerentis tui diritatem licuit; quin et libertate et vita me " privare sategit Ad te, Princeps clementissime, veni, relictis neccssitudinibus, quin etiam " posthabita sanitate, ut sub tantae Maiestatis umbra libere vitam ducere possim. Honoribus " autem auctum, dignitatibus et opibus ditatum me satis rebor, cum in aula tua, te propitio, " conspiciar* „. Ad quem rex, nequaquam vultu hilari, verbisque blandis, quemadmodum alias eum admiserat, quin succinctis, bono animo sit, hortatur; sibi vero hanc rem maxime curae fore. Haec veritus, ne Ferdinandi Consalvi animum offenderet: quod prae cunctis cavere noscebatur.

Cumque ad nos minime reverti destinaret, donec favor sui hostis nimis praesset, cessare non desiit, quin ex intimis regis sibi amicos pararet; erat enim ingenio affabilis, et parandarum amicitiarum, continendique eas sagacissimus. Ex aulicis, cubiculi praefectum d(ominum) Raymundum Cardonam, tunc inter regios alumnos satis spectatum, quem hodie magnum ducem apud nos cernimus, conciliavit, et plerosque e regia alios [1]. Et cum rem suam ita concinnasset, ut satis honeste, laudabiliterque versaretur, virtusque illum, qui esset, ostenderet: ecce opportunitate dicam, an necessitate redeundi tempus apparuit. Principes enim et populi Hispaniarum post obitum Isabellae reginae Philippum generum regem optavere, illoque ingenti favore admisso, visum est Ferdinando mox regi cedere, seque ad paterna regna reducere, ubi non diu moratus, classem comparatam statim conscendit, ad nos iturus. Sic praeter opinionem, quam praesumpserat, cum rege ipso pervenit. Fertur haesitasse regem, an procederet, intellecta morte Philippi generi nuperrime regis; tandem ad nos properavit. Tantae celeritatis causa nobis ignoratur [2].

Acceptus est rex magnificentissime a Neapolitanis, sicut alias scriptum est, cum quo et ipse devenit, acceptissimus non modo suis, sed fere omnibus, uno dumtaxat excepto, et operis illius. Fremebat enim dux, cum eum liberum et in arcem intrare, et in conspectu regis cum reliquis assistere videret; maxime vero cum Rationum Scribae munus exerceretur. Cumque aliquando publicis officiis, et privatorum beneficiis se impartiret, iam bilis inimici in dies magis gliscebat, adeo ut, cum ex arce regrederetur Ferdinandus Consalvus et ei obviam in campo Spinae Coronae fieret, conspexissetque eminuscula e regione transgredientem, ira odioque percitus continere se nequiverit, quin, posthabita personae dignitate, in eum irrueret involaturus ei caput: quod pro tensione brachii cervicisque declinatione vitavit; apprehendit tamen vestem. Interim satellites, qui eum circuibant, strinxerunt gladios, ictusque in ipsum praetulerunt, frustra tamen. Et quoniam res in propatulo gerebatur, multi

---

8. dignitatibus et *om.* MUR. *seguendo C* - reor *C, seguito dal* MUR. — 9. libero *C*, — 10. *Lez. del cod. A, C* bono - inquit - animo sit e il MUR. *aggiunse* hortatur, *che non ci voleva* — 11. hoc *C e* MUR. — 17. alios *om. C e* MUR. — 20. generum *om. C e* MUR. — 22. venturus *C e* MUR. — 24. nuperrime regis *om. C e* MUR. — 28. *Lez. di A, C e* MUR. libere et arcem — 30. et privatorum beneficiis *om. in A*

[1] Raimondo Folch de Cardona " prefetto del cu- " biculo „ e poi, dalla fine del 1509, vicerè di Napoli, assai caro agli amministrati per la modestia di modi e perchè rifuggiva da ogni superbia (Archivio storico per le provincie napoletane, V, 244-45). Aveva partecipato alla campagna contro i Francesi e forse in quella occasione lo Spinelli ebbe modo di conoscerlo.

[2] Filippo d'Austria, detto il *Bello*, signore dei Paesi Bassi e genero dei re Cattolici, dei quali aveva sposato la figlia Giovanna, invitato dalla nobiltà castigliana, sbarcò alla Coroña e assunse il trono, mentre Ferdinando si ritirava nell'Aragona. Sembrava che i nobili di Castiglia stessero per trionfare, quando, essendo morto Filippo (27 giugno 1506), il paese piombò nell'anarchia e il Cattolico fu invitato a riprendere il potere. Ferdinando s'imbarcò per l'Italia il 4 settembre 1506 con cinquanta vele e giunse a Napoli il 1° novembre ricevuto con grandissima magnificenza ed onore.

occurrere, indignitatem rei videntes: sic ex ancipiti periculo se subduxit. Ferdinandus, ac si nil peregisset, ad regem per'rexit; ipse vero plurimorum comitatu domum reductus est[1].

Profecto res ad memoriam Ferdinandum Primum regem nostrum plerumque revocaret, qui cum hominem suo privilegio securum Masius Barifices occidisset, quamvis sibi carissimus, et in proximis bellis de se benemeritus, apprehendi nihilominus eum, et in carcerem trudi iussit, nullisque precibus exorari potuit, ut solveret; sed ibi vitam finire coëgit[2]. Vespere autem, cum domus eius frequens amicis, necessariis, quin etiam proceribus esset, ad vindicandum iniuriam paratis, ecce Augustinus ex intimis senatoribus, quos Hispani Regentes nuncupant[3], adfuit, ipsumque Joannem Baptistam secreto aliquamdiu allocutus est. Inde ad multitudinem, avide exitum rei opperientem, inquit: " *Viri magnifici, regis nutu haec vobis. Res* " *haec ardua, et in dies proreptura in peius, principis imperio reprimetur, eique opportune* " *sua Celsitudo providebit. Proinde suam quisque domum repetat quietus, et pacem otiumque* " *regis minime vexare praesumat* „. Eademque et Joannes Baptista repetivit, gratias agens pro ostensa in se dilectione, et ut iussa regia servarent, precatus est. Sicque inde discessum.

Quod adeo neglectum est, ut paucis post diebus Hispani, alienae sub specie rixae, ipsum armis prope Michaëlis Archangelis aedem impetierint, insectatique sint, ita ut unum peti non ambigeretur[4]. Eo modo res transacta; an regis incuria, Deus et ipse norit.

Etenim nihil questus, et quod rex minime providerat, dissimulans, quotidie illi assistebat, quo ante insultum Ferdinandi solitus erat, vultu munia officiaque amicorum libere intrepide-

---

4. Mastrius Barsius *A*; Masius Barifices *C e* Mur., *ma il* Mur. *credette si trattasse di un* Parisius — 13. repetivit *om. A C* — 15. Hispani *om. A*

[1] " Die VI mensis novembris 1506 de venerdì, lo " illustre Signore Gran Capitanio, andando con più " gente in Castello et essendo ala Incoronata, Messere " Ioan Baptista Spinello, quale veneva da Castello, pas- " sò senza levarese la barrecta, excepto quilli che an- " davano in sua compagnia; dove lo predicto Gran Ca- " pitanio lo chiamò, et caminando ala prima, nè ala " secunda volta non li resposse, ala terza li dixe: — " Messere Ioan Baptista Spinello — dove se volto, et " accostandose con la mula, li dixe como teneva im- " presa con ipso, et mese mano sopra la barrecta de " messere Ioan Baptista, dandoli certa scotolata, et get- " tò la barrecta in terra, dove uno Spagnuolo, quale " era governatore de Pezulo nomine lo capitanio Col., " secundo se dixe, arrancho una spata et dono dui colpi " ala spalla del predicto Messere Ioan Baptista et poy " li dirizò una stocchata, et lo Gran Capitanio dixe " che non facesse. Però non li fe niente le ferite, dove " fo uno gran susurrare, perchè li parenti soy se choa- " dunaro et nil fecerunt quia Rex „. Notar Giacomo (ediz. Garzilli), pp. 293-94.

[2] *Masius Barifices*: Maso Barrese conte di Nicastro e duca di Castrovillari rese importanti servigi a re Ferdinando d'Aragona nella guerra contro Giovanni d'Angiò. Scontratosi un giorno con Giovanni Spadafora, suo nemico, che andava in castello a visitare il re, lo uccise con un colpo di spada, onde Ferdinando ordinò venisse messo in carcere. Ivi, dopo molti anni, divenuto squallido e macilento, dette fine ai suoi giorni. G. A. Summonte, *Historia della città e Regno di Napoli*, Napoli, 1749, pp. 421-22.

[3] Antonio D'Agostino ebbe dal Cattolico la carica di Reggente del Consiglio Collaterale istituito per assistere il vicerè nel disbrigo degli affari. Il D'Agostino era padre dell'altro Antonio, celebre e rinomato giureconsulto. P. Giannone, lib. XXX.

[4] " Adi VI de mayo 1507 de iovedi, ad una hora " de nocte, venendono da Castello, lo illustre Signore " Berardino de Sancto Severino, principe de Bisignano, " lo illustre Signore Honorato Cayetano duca de Tra- " yecto (et) Messere Ioan Baptista Spinello, venendono " con le intorze allummate, et essendono innante la casa " dello Excellente Signore Ioanne Berardino de Azia " conte de Noya, sita incontra della ecclesia de Sancto " Angelo ad Nido, foro dicti Signori assaltati dalla " gente del Signore Priore de Messina, quale habitava in " dicta casa de dicto conte. Dove lo Signore Honorato " se salvò in casa delo Excellente Signore Hectorro Pi- " gnatello conte de Monteleone, Messere Ioanne Bapti- " sta ne perse la gramaglia et andava forte et sì se " salvò, et cossì lo Signore Principe. Dove se posse " in arme tucta Napole, non sapendo che cosa era. Mes- " sere Iacobo Guindazo fe circha 400 iuveni napolitani " armati. Dove se volse tocchare la campana del Car- " mino ad arme. Lo Signore Gran Capitanio havea " circha 500 Spagnoli in casa et quanti ne passava per " davante la casa sua, li reteneva. Adeo che el re lo " seppe. Dicevase essere stato per causa de namora- " mento de una donna, et fo grande pericolo. Però " non successe altro „ Notar Giacomo (ediz. Garzilli), p. 300; Sanuto, *Diarii*, VII, 76. Maggio 1507. Dagli oratori veneti si sa " come di note a Napoli achadete " certo rumor, però che misier Zuan Batista Spineli, " il conte di Bisignano et il ducha di Trajecto fonno " assaltati in istrada da alcuni Spagnoli, adeo la terra " si levò a rumor cridando: Italia! Italia! — E il re, " dubitando, fe levar la piancheta dil castello, et so- " pravene alcuni et fo sedato il rumor. Il re à fato " prender uno di Messina, si dice fo capo di tal rumor " e va investigando li principal auctori per punirli „.

que obiens, quippe qui ut in adversis fortem se praebuerat, ita deinceps temporis et regis conditiones callens tacitum se ostendit. Dumque rex nobis adfuit, nihil minori libertate in magistratu suo egit, sed rem suum, et amicorum, et aulae scite et audacter curabat. A rege multis pauperibus senio aut valetudine affectis, solatium annuumque subsidium impetravit. Maxima illi cura inerat officii, et meliorum obsequii: neminem ne verbo quidem laedere. Cum talia perpessus esset, peioraque machinari in se novisset, nunquam in eorum auctorem, aut consultores, qui criminando dissidii causa fuerant, in convicium aut maledictum prorupit, quin potius nonnullis eorum egentibus necessariis benigne utiliterque adfuit.

Inter multas viri dotes, quae non paucae insunt, iniuriarum viguit oblivio, quas et moribus et religioni condonabat. Dum ita se libraret, inter promptitudinem et cautionem, rex Hispanias citius omnium opinione redire disposuit, cuius itus adeo properus exstitit, ut ex tot nobilibus propinquisque urbibus nullam adierit. Non Capuam, non Aversam, et, quod magis mireris, ne Arcem quidam Neapolis Capuanam, amoenissimosque illos hortos invisere curavit. Classe non adeo magna Cajetam delatus est, ubi aliquantisper moratus praestolans Ferdinandum Consalvum; restiterat enim causatus expeditionem suorum negotiorum. Urgente illum rege, multa expostulavit in sui amicorumque commodum, non pauciora in inimicorum dispendium. Quae omnia rex concessit, nonnulla citra suae Celsitudinis dignitatem. Petierat enim enixe, ut rationum officio Joannem Baptistam Spine'llum amoveret: quod inter reliqua obtinuit. Mur., 57 Post vero discessum Ferdinandi Consalvi literae a rege afferuntur, quibus Cariatis comiti erat inscriptio. Privilegia insuper et tituli honorem Consiliarii Vicesgerentis, annuum pro labore salarium, sedemque inter procerum ordines dabat. Haec hactenus de tam ancipiti periculosoque hoste [1].

Scio legentibus non adeo saevum existimari, quemadmodum nobis cernentibus visum sit, fuisse conflictum, quibus domo quotidie prodeuntibus, vota pro reversione offerebantur. Haec quam tristi memoria recordamur. Notam esse constantiam ac fortitudinem eius, orisque modestiam in contemnendis periculis, quam maxime in illa fuga ad regem, febre correptus, ostendit. Superfluum quidem dicere remanet, quam bonis artibus tutum se praestiterit, et constantia minime minitanti fortunae cesserit [2]. Aderat, ut rex iusserat, quotidie Vicegerenti, liberiusque versari cum eo coepit, cui non modo ius dicenti, sed privatas agenti res, inerat. Patuisse sibi aditum, etiam ad amicorum beneficia, videbatur, pro quibus exorare non desistebat, ipsumque praefectum rebus domesticis et nostris moribus instruere satagebat; cui pro vitae integritate summa adhibebatur fides [3].

Profligatis interim Venetorum rebus proelio Caravagensi, ut suam quisque foederator rem consequeretur, actum est. Rex etiam noster Tranum, Brundusium, Monopolim, Hydruntum, ceteraque oppida a Venetis detenta, bello sibi vindicare statuit, veritus ne Veneti illa restituere renuerent. Vices enim gerens ad ea expugnanda se accinxit, cuius comitatui et ipse Comes adfuit, qui non parum ad deditionem praedictorum contulit; vim enim Veneti experiri noluerunt. Legato vero, qui ad res Appulas componendas venerat, intercessit, utpote

---

9. insunt *C e* Mur. — 14. Caritam *A* - praestolatus *C e* Mur. — 15. cunctatus *C e* Mur. — 17. Mur., *seguendo C, om.* Quae - enim *om.* Mur. — 25. tristes *A* — 28. Mur. *om.* minime, *che è nei mss.* — 30. exorandis, *C, seguito dal* Mur., *corr. nell'ediz. napol. in* exorare — 36. illi Mur. — 37. eum *C e* Mur.

[1] Ferdinando il Cattolico ripartì da Napoli il 4 giugno 1507, conducendo con sè il Gran Capitano. Lasciò come vicerè Giovanni d'Aragona conte di Ripacorsa assistito dal conte di Santa Severina Andrea Carafa, dal conte, poi duca, di Monteleone Ettore Pignatelli e dallo Spinelli, in qualità di Consiglieri.

[2] Giuliano Passaro ricorda lo Spinelli tra i conti, che portarono il " palio „ nei funerali di Beatrice d'Aragona regina d'Ungheria il 14 settembre 1508. *Giornali*, Napoli, 1785, p. 155. Il Caracc. non lo dice e salta subito ai fatti del 1509.

[3] Collenuccio-Roseo-Costo, *Compendio dell'Istoria del Regno di Napoli*, Napoli, 1771, II, p. 141: " Allora (1509) — dice il Bembo — fu dal vicerè Car-" dona mandato per ambasciadore a Venezia Giambat-" tista Spinello conte di Cariati a significare al Senato " il buon animo del Re Cattolico verso di loro „. Ma il fatto avvenne dopo, come si vedrà.

arbiter utrique acceptissimus, nulla Venetorum malevolentia, regis autem gratia, oppida non modo absque bello, sed sine etiam murmure restituta Regni unire ditioni curavit [1]. Ita bene peracto commilitonis et consultoris officio, cum duce bono nomine Neapolim revertitur.

Decreverat iam rex comitem Ripae Corsiae moderatorem nostrum ad se revocare, cui substituit Raymundum Cardonam inter alumnos carissimum, et tunc Siciliae praesidem [2]. Eius adventu Comes maxime gavisus est, nec minori benevolentia ab illo admissus. Erat enim consuetudo inter eos ab Hispaniarum accessu, et postea solidata hic existente rege compatratus necessitudine. Tempus iam apparebat, et rerum otium, ut sua reviseret, praecipue comitatum nuper sibi concessum, quo, bona impetrata venia, quamvis gravis discessus Cardonio fuisset, incolumis pervenit; ubi nil antiquius habuit, quam mores atque instituta subditorum corrigere, illosque ad civilem vitam revocare, pacem inter discordes procurare, exules in patriam facultatesque reducere, nihilque, quod non bonum patrem in filios deceret, committere. Versus inde ad eorum tutelam, securitatemque, moenia alicubi nova struere, alicubi partim diruta concinnare, arcemque novam sibi exaedificare: quae omnia munimentis, machinis, tormentisque non modo propulsoriis, verum etiam expugnatoribus communivit. Rei vero Mur., 58 peculiari redituum et proventuum ultimo' providit, armenta boum, equorumque maxime instruendo, quibus profecto non ad lucrum, sed potius ad honorificentiam et liberalitatem usus est, ut qui pullorum iumentorum nunquam aliquid venum misit, verum amicis necessariisque ingenue contribuerit; erat enim gloriae et honoris appetentior, quam pecuniarum.

Concinnatis igitur domesticis rebus, tempestivum iudicavit ad curiam penatesque redire, cuius iter nequaquam otiose peregit. Quippe ad multos principes magnatesque divertit, qui proper itinera degebant, salutandi causa benigniore. Quibuscum vetus erat necessitudo, hac benigna visitatione stabilem perpetuamque firmavit. Non pauciora per ea loca, quae minime baronum ditioni subdita erant, hospitia, clientelasque comparavit. Quippe quacumque pervenisset civitatis cives et publice et privatim eum conveniebant, nobiles impensas reliquaque commoda proferentes, a quibus, gratiis actis, nil nisi quod necessarium esset, sumpsisse dignoscitur. Hac ergo via, ut aliquid profecisse videretur, multos amicorum et stabilivit, et novos sibi comparavit. Appulit, et praesidi, et collegis, nobisque optatissimus.

Diebus non tam multis in Marsos Pelignosque ad milites, ibi hybernantes, recensendos mittitur, quibus eius adventus carissimus fuit; illis enim hybernas mansiones discrevit, ita ut se, milites, equosque tueri possent. Oppidani separati sua cum omni familia, ut citra iniuriam degerent, statuit; et rei frumentariae modum, quo nec venire carius posset, nec vilius emi. Itaque, quod raro evenire solet, utrique optime sibi consultum dicerent. Haec vix peregerat, et ecce literae ei redduntur, ut quam primum militem ex hybernis educeret, iterumque lustraret, et numeratum, omnisque bellicae rei instructum, duci suppetias allaturo laboranti Imperatori traderet: quae cuncta apte citissimeque perfecit; ducique ad id bellum praeposito in limitem Regni copias integras praemisit. Inde non ante Neapolim remeavit, quam ad Virginem Lauretanam vota persoluturus dona praemiserit, perpetuumque suum servans morem, ut nil, nisi numine advocato, inchoaret, nil, nisi eidem gratias referens, componeret.

Sperans igitur eo deinceps otio, et tantum publicis curis, et domesticis posse vacare:

5. Cardonium Mur. — 13. nova *om.* *C e* Mur. — 16. reditui et proventui *A* — 18. iuvencorum *A* — 23. benigna *om.* *C e* Mur. — 24. horum *C e* Mur. — 25-26. quocumque pervenisset Mur. *contro i codd.* — 26. quod *om.* *C e* Mur. — 28. paravit Mur. — 35. laboranti *om.* *C e* Mur. — 37. transmisit Mur. — 39. munere advocato *C*

[1] *Proelio Caravagensi* = battaglia di Agnadello o della Ghiaradadda (14 maggio 1509). I Veneziani cedettero i porti di Puglia per potersi liberare del re di Spagna.

[2] Il conte di Ripacorsa, richiamato in Ispagna, lasciò come luogotenente il Gran siniscalco Antonio di Guevara, ma dopo sedici giorni giunse il nuovo vicerè Raimondo di Cardona (24 ottobre 1509).

ecce novus diuturnus labor offertur, quem tamquam genitum alacriter suscepit. Visum enim fuerat regi nostro, postulante Julio Secundo Pontifice Maximo auxilium adversus Gallorum principem Ecclesiae statum vexantem, cuius favore Bentivoliorum factio Bononiam ab Ecclesia rebellaverat, et reliqua tentare non desistebat, Raymundum Cardonam in eum destinare [1]. Qui, ocissime educto lustratoque milite, ad expeditionem se decinxit, omniumque opinione celerius partem exercitus se praecedere iussit, dum reliquae coirent, ipsumque opperirentur ad Truentum amnem. Unde, iterum numerato revisoque milite, in hostem moveri praecepit. Quarto igitur nonas novembris, quo festa, quae prisci "Feralia" appellabant, nos vero "Agenda pro Mortuis" nuncupamus, Sacri Puerperii MDXI urbe egreditur; et qui militum nondum instructi paratique erant, ut sequerentur edixit, die minime iuxta vulgi opinionem fausto, sed urgente pontificis legato, magnique referre ducis approperationem ad actum existimante.

Pro'fectus est Cariatis comes una cum eo, qui non modo ut senator, verum etiam ut miles MUR., 59
proelio interesse posset, armis instructus apparuit. Apposui egressus diem praeter morem consuetudinemque; soleo enim scriptis meis, et nominum, et temporum singula praeterire. Hoc vero, ut odii mordacissimum morsum simul, et foedissimum adulationis vitium effugerem; quae consultius an emendaturus sim, amicorum consilio providebo.

Coacto igitur exercitu ad ripam Truenti fluminis Regni huius terminum, praecensoque, et vexillis Ecclesiae, Ducatus reliquaeque, ut hodie dicunt, Ligae profectum adeptis, in Bononiam iter cepit, quod peragendum per Ecclesiae agrum erat. Unde maxima oriebatur cura Comiti, quem rei frumentariae praefecerant. Insolitum enim erat oppidanis huiusmodi onus vectandi in castra victualia: e regione miles non adeo stipendio auctus, et eo licentiosius vagans, grassari in frumentarios et paganos non desistebat. Praestitit igitur Comes illa sua solita diligentia et affabilitate cum pontificis legato, ut frumentum tutum et sine direptione ad castra perduceretur; simul et miles suum victum nancisceretur sine vectantium damno atque iniuria: quod, donec Anconam perveniret exercitus, novo quotidie labore curatum est.

Inde iussu ducis triremi Venetias transmissus, curaturus ibi communem confoederatorum rem. Ut autem expeditius iret, annonaque viliori uteretur, servitia impedientia, equos, reliquumque belli apparatum Ravennae seposuit. Venetiis vero optatissimus receptus est [2]. Erat enim ibi Comitis fides et industria bene cognita experimentis, quibus alias legationis munus obierat. Adeo fideliter solerterque se gessit, ut non tantum regis legatum, sed uniuscuiusque complicum peculiarem oratorem, eorum commodis se praestiterit: sic enim non inutilis aut otiosus fuit adventus, ac status. Quippe eius instantia Venetorum dominatus, et sui militis supplementum et reliqui exercitus stipendium misit. Interim assidue exhortabatur Caesaream Maiestatem spem bonam habere in promptitudine praestandarum virium, quo opus esset et ad expulsionem Gallorum. Iam enim Brixia et Bergamum ad Venetos defecerant. Dux ergo Gallorum non prius obsessae Bononiae auxilium ferre statuit, quam Brixiam a se defectam nuperrime recuperare. Per arcem, quae fidem Gallis servabat, in urbem irrupit, quam saeve crudeliterque habuit, diripuit.

Ob hanc igitur victoriam properus Bononiam venit, cuius adventu soluta est obsidio. Egrediens inde ducem Cardonam insectari coepit. Cumque castra propius invicem locassent, et ut uterque opportunitatem rei sibi bene gerendae expectaret, in agrum Ravennatem

---

2. Secundo *om. A* - auxilium *om. C e* MUR. — 5. accinxit *C* — 9. nuncupamus *om. A* — 18. percensitoque *C* — 19. Ducatus *om. C e* MUR. — 22. et rursus MUR. *invece di* e regione, *che è nei mss.* — 30. apud quos MUR. *contro i codd.* — 37. MUR. *om.* obsessae, *che è nei codd.* — 38-39. quam saeve crudeliterque habuit diripuit *om. A*

[1] I Bentivoglio entrarono in Bologna, con l'esercito francese, il 21 maggio 1511. Il Cardona lasciò Napoli il 2 novembre di quell'anno, mentre parte dell'esercito trovavasi già al Tronto (*Truentus*).

[2] Lo Spinelli giunse a Venezia come rappresentante del vicerè Cardona il 3 gennaio 1512. SANUTO, *Diarii*, XIII, 369-70. *Ivi*, XIV, 125: "È homo degno e "gran nimico de Francesi et si partirà como fa tempo" (aprile 1512). Lasciò Venezia il 9 febbraio 1513. E fu questa la terza legazione.

devenere, ubi saevissimo illo et cruentiori certamine pugnatum est [1]. Quo Venetiis cognito, illico Comitem duabus cum triremibus ad ducem Cardonam conveniendum misere; ignorabatur enim, quonam post pugnae malum eventum se recepisset. Quem multifariam perquisitum, tandem in civitate Julia Nova (Regni in introitu haec sita est) offendit, cui, Venetorum nomine, bono iubet esse animo, ac de bello minime desperare; quoniam, etsi nostri maximo damno terga vertissent, non minori detrimento Gallorum copias attritas, et ducis Mur. [illegible] maxime morte, et ductorum et militum numero; se vero brevi' maiores copias coacturos fore, et pontificis viribus id maxime curantis, et Caesareae Maiestatis, Helvetiorumque robore. Galli autem sua damna similiter resarcirè impotentes, facile Italia cessuri, aut exigendi erant. Accingeret se modo, utpote generalem ducem, reliquiasque fracti exercitus in unum cogeret; aureorumque ingentem numerum, quem attulerat ad stipendium, ostendit. Quem cum obstinatum vidisset, et causas, cur Neapolim repetere oporteret, afferentem, praebito stipendio peditibus, qui ex fuga in unum se receperant, desperans rem conficere, conscensis triremibus, Venetias properavit. Cardona vero Neapolim rediit [2].

Reperit ergo Principem Senatumque Venetorum magno affirmatoque animo ad bellum peragendum, utque id celerius constantiorique fide confici posset, mittitur ad Caesarem Comes ad stabiliendas pariter et proferendas inducias cum Venetorum Dominatione, simulque ut adventum Helvetiorum approperaret. Quae omnia ut impigre fideliterque gesta, ita optato successere eventu, quando iunctis viribus Galli, intentato proelii discrimine, Mediolano abierunt. Quemadmodum id contigerit, et Ludovici filius sit Mediolanensium Dux electus, scire cupientem ad historiam huiusmodi delegamus [3].

Interea Brixiam, quam Galli bene munitam reliquerant, Veneti arctissime cinxerunt, brevique ea se potituros sperabant. Cardona enim iussu sui regis, obtemperare cupientis pontificis monitis, in Cisalpinos devenerat. Caesaris milites Helvetiorumque pedissequos Brixiam versus movit, cuius appulsum Venetorum exercitus non expectandum censuit, solutoque obsidio, alio secessit. Causam illi norunt; fortiorem Cardonam se venire praenoscebant, qui Brixiam haud multo post conditionibus excepit, minimeque eam maxime sperantibus Venetis restituit. Hinc suspicionem ortam, et futuri dissidii causam autumant, quod ne statim dirumperet, Comitis diligentia curatum est, utrique partium discordiarum mala ostendentis, pariterque concordiae et pacis utilitates [4].

Restitit inde Venetiis, regis sui Ligaeque totius commodo, quoad Veneti se Gallo foedere iunxere. Tunc ad exercitum nostrum, qui una cum reliquo complicum convenerat, mandato sui principis relictis Venetiis pervenit. In Patavium reliquumque agrum Venetorum moverunt. Hic quantum partes iuverit, quamque indefessum se exercuerit, militis Hispani, qui ibi

---

4. Julia nova *A*; Juliae Novae *C e* Mur. — 7. copias *om.* *A C* — 9. Galli autem sua damna nequaquam resarcire nequeunt facileque.... essent *A* — 13. desperata conficiendi re *A* — 15. ofirmatoque *C e* Mur. — 23. cupiens *C e* Mur. — 28. *C e* Mur. *hanno* ortam *dopo* causam — 33. relictis Venetiis *om.* *C e* Mur.

[1] Brescia fu occupata dai Veneziani il 3 febbraio 1512: alla notizia di quell'occupazione Bergamo si ribellò ai Francesi. Il 19 di quel mese Gastone di Foix riprese la prima delle due città, in seguito di che la seconda si arrese al dominatore straniero. Sin dal 4 febbraio Bologna era stata liberata dall'assedio, che vi avea posto l'esercito della Lega. La battaglia di Ravenna si svolse l'11 aprile.

[2] *Civitate Juliae Novae* = Giulianova. Lo Spinelli aveva lasciato Venezia il 28 aprile, ma vi ritornò subito. Sanuto, XIV, *passim*. Il Sanuto riferisce varie notizie circa la gita dello Spinelli. Cf. *Diarii*, XIV, 181 e *passim*: "El qual narò la sua navigatione per "trovar dito vicere e, zonto in Ancona, trovò esser "partido con do barze per Napoli, et per mar con la "dita galea *Liona* lo seguitoe ita che lo trovoe in uno "loco chiamato Civita Iulia Nova in Abruzzo etc.".

[3] *Ludovici filius*: Massimiliano Sforza figlio di Ludovico il Moro.

[4] Brescia fu occupata dal Cardona nell'ottobre 1512. "Cadde alfin Brescia, ma dall'Aubigny, che vi "comandava, fu ceduta al principe (non era ancora "*principe*, ma *conte*) di Cariati per l'imperatore, anzi-"chè ai Veneziani, i quali non poco se ne alterarono". Così S. Romanin, *Storia documentata di Venezia*, 2ª ediz., Venezia, 1913, V, 277.

meruerat, testimonio nosse datur, quem inter belli facinora hoc quoque dixisse audivimus, quod tam crebro statis motisque castris nunquam frumenti, non modo penuria, sed ne caritate quidem exercitus laboraverit. Id omne Comitis solertiae fideique ascribi merito debere. Interea Bergamum a confoederatis ad Venetos defecerat. Vastatis Patavii agris, receptisque oppidorum aliquot, visum est ad Bergamum recuperandum propere movere, tum ad illius ultionem, tum ad reliquorum terrorem; cumque urbi appropinquarent, agi coeptum est de tradenda ea. Conditiones interim tractari coeperunt, quarum intermedius Comes ipse exstitit, qui utrique partium consuluit; oppidanis, ut se suaque pretio redimerent; duci autem, ut mulctatitiam pecuniam, quae inter milites iusta conditione sedate dividi posset, ac pacifice potius, quam direptionem vellet, pacta' sunt aureorum millia decem. Restabat arx maiori labore Mur., 61
acquirenda, quam non cives, sed praesidiarii milites tenebant. In eo igitur obsidio Comes etiam strenui militis operam navavit; magnis enim obsessa est discriminibus, in qua pauci desiderati, plures tamen, et insigniores, quam arcis modicitas merebatur [1].

Cum ergo Caesar Imperator veterum officiorum in se meminisset, cerneretque recentia quotidie accrescere, exoratum eum a rege, vicarium omni Italiae rei substituit, praeesseque voluit [2]. Gessit hac in sua praefectura nonnulla alicuius momenti; sed quoniam ad magnitudinem eorum, quae gessit in tuitione Veronae, quam scripturi sumus, frivola videri possent, omisimus. Placuit quippe Caesari post vicariatum illi traditum, ut Veronae praesideret, opportunae profecto sedi, seu ut oppidis exercituique consulere et subvenire posset ex locorum propinquitate, sive auxilia a Germania evocare, et stipendia cogere, atque Caesaris praesentia non eminus ad incidentes res occurreret [3].

Cumque praesens adesse nequiret, coniugium filiae Isabellae, quod tractabatur, uxori Liviae perficiendum composuit. Iuncta itaque est Joanni Francisco de Capua, adolescenti moribus et forma decoro, Comite Altavillae genito, successuro dominationi ingenti. Et quamvis dotem aliquantulum modum excedentem (aureorum siquidem XIV millium exstitit), omnes tamen optime erogatam tali in coniugio censuerunt. Traduxit eam ad filium Comes ea pompa, apparatu, et coenarum magnificentia, qua hac nostra tempestate baronum aut nulli, aut pauci [4].

Interim Helvetii, sumpto stipendio, quod promiserant, Piscariae scilicet morari, minime servavere; quin imo sublatis signis patriam versus festinantes abiere. Huius subsidii spe

---

1. militaverat *C, seguito dal* Mur., noscebatur *C, seguito dal* Mur. — 6. illo *C e* Mur. *invece di* urbi — 9. inter milites *C e* Mur.; militi *A* - *A, dopo* sedate, *aggiunge* pacificeque — 12. *A C premettono* non *a* pauci, *ma la lez. del* Mur. *mi sembra preferibile* — 26. eo in coniugio *C e* Mur.

[1] Il trattato di alleanza tra i Veneziani e il re di Francia fu stretto a Blois il 23 marzo 1513. La guerra contro gl'imperiali e gli Spagnuoli si svolse prima favorevolmente per i franco-veneti, che occuparono lo Stato milanese, ma, dopo la sconfitta di Novara (7 giugno), le cose andarono male e i Veneziani perdettero le terre acquistate, mentre i Francesi se ne tornavano oltre Alpi.

[2] Lo Spinelli fu nominato luogotenente dell'imperatore e del cardinale Curzense (Matteo Lang arcivescovo di Gurk) alla fine del 1513.

[3] Lo Spinelli fu nominato governatore imperiale in Verona nell'ottobre 1514. C. Giuliani, *Lettere di G. B. Spinelli e di M. A. Colonna a Bernardo Clesio vescovo di Trento* (1515-1516) in Archivio Trentino, I, (1882), p. 79 sgg.

[4] Isabella Spinelli sposò Giovan Francesco Di Capua figlio del conte di Altavilla nel novembre 1516. La festa fu fatta nel palazzo del duca di Termoli, fratello dello sposo. La sposa portò in dote 14 mila ducati. Leggiamo nel Sanuto, *Diarii*, XXIII, 175-176, novembre 1516, che riferiva notizie giunte dal console di Napoli in data 26 ottobre: "Domenega fu fata la "festa per le noze dil fiol fo dil conte di Altavilla fra"tello dil duca di Termini (sic) ne la fiola di domino "Zuan Baptista Spinelli conte di Cariati, qual li da "di dota ducati 14 mila et fu fatta la festa nel palazzo "dil duca di Termini. Et scrivi dil 1488 lui Consolo "vene prima li e, havendo a far con uno, lo fe co"mandar alla justitia e questo Spinelli vene a difenderlo "per uno carlino. Hora ha d'intrata ducati 6000 causa "la legatione di Venezia". Invece di Termini si deve leggere Termoli, che apparteneva a Ferrante Di Capua, successo nel 1512 ad Andrea suo padre, il quale aveva avuto la città da Ferdinando II d'Aragona il 3 novembre 1495.

frustratus Comes, et videns campum omnino cedendum, Veronae cum esset, ab obsidionem tolerandam affirmat animum; pro comperto enim habebat Gallorum exercitum una cum Venetorum copiis ad se expugnandum venire. Erant Veronae secum Marcus Antonius Columna, vir equidem strenuus [1], sed comitatu non adeo valido suffultus, et Helvetii aliquanti: Hispanorum vero et Germanorum XII millia numero. Galli autem, iunctis iam Venetorum legato et exercitu, quotidie Veronae approximabant. Postquam autem Veronensem agrum intrassent, castraque nec moverent, nec ponerent; neque in eos Marcus Antonius, et qui urbi praesidebant, irrumperent, proque militum paucitate damno aliquo afficerent, incommodo tamen et molestia longe maiori afficerentur, Comes Caesarem de statu rei deque imminenti obsidione per literas nunciosque certiorem facit, urgetque, ut stipendia flagitanti praesidio mittere non tardaret [2].

Interea ad muniendam urbem se converterat, resarciendo moenia, ubi collapsa fuissent, subrigendo aggeres locis, quibus hostes tormenta et machinas locaturos virisimile putabatur; propugnacula insuper, et turres, unde obsessores etiam eminus infèstare possent; et urbem circumeundo, ubi laedendi opportunitatem cognosceret, arma, tela, milites opportunis locis destinavit, ut cum tempus exegisset, non tumultuose hac illac erraretur, sed nosset quisque locum suum et ordinem servare. Insuper maxime pertimescendus erat civium motus, quando
MUR., 62 plebs Venetorum dominatum optare videbatur. Haec provincia' uni Comiti moderanda obvenit, quam caute salubriterque administravit, edictoque sanxit, ut nulli civium liceret belli muniis interesse, nec vigiliis, nec diuturnis operibus immiscere se, externorum praesidio hoc in obsidio utiliter ad civitatis quietem usurum. Etiam, ne forte per cuniculos hostes irrumperent, diligenter cavit; denique nil, quod ad urbis munitionem conduceret, omissum. Cumque optime calleret, urbes non minus fame subigi solere, quam machinis expugnari, maiorem victui adhibuit curam, moderatius illum partiendo. Quod etsi durius miles perferret, ratione tamen et gloriae ostentatione tolerare suasit.

Sensim inter haec Gallorum Venetorumque exercitus civitatem arctare satagebant, etsi quotidie a prodeuntibus damno et incommodo afficerentur. Postquam vero ad moenia pervenere, castra, non citra multorum stragem, posuere. Diviserunt bifariam copias. Veneti in Vicentina porta orientem solem spectante consedere; Galli autem in portam, quae Mantuam versus emittit, tetendere. Quod duplici ratione excogitarunt: altera, ut itinera et commeatus obstruerentur, qua obsessis inferri poterant; altera vero, ut propugnatores distraherentur, neve eodem conglobati loco robore firmiori obsisterent. Apposuerant interea hostes utroque ex latere tormenta, moeniaque, nulla interposita pausa, ne noctu quidem, pluribus diebus quassavere, adeo ut ingens murorum spatium utrinque demoliti sint. Et Veneti quidem a Vicentina porta ad campum usque Martis per stadia aliquot eos diruerunt. Nec minori ruina, aut spatio breviori, suum Galli peregerunt incoeptum. Quippe a porta Mantuana, quae occidente sole illustratur, similiterque usque ad urbis Civitatulam (munitionis id nunc

2. obfirmat *C e* MUR. — 7. quin in eos *C* — 9-10. deque imminenti obsidione per literas nunciosque *om. C e* MUR. — 12. sic ubi *A C* — 15. circumeuntes, ut *A C*; ut.... cognoscerat MUR. - armis *C*, *seguito dal* MUR. — 16. destinarunt *A* — 21. hostes quibus modis *A* — 26-27. *Lez. dei codd. A e P*; *C* etsi a prudentibus.... afficerentur. *Il* MUR. *ha una lacuna dopo* a

[1] Marcantonio Colonna, figlio di Pierantonio, sposò una nipote di Giulio II, che gli dette Frascati e il palazzo che aveva occupato da cardinale in Roma presso i SS. Apostoli, e lo mandò a combattere contro i Francesi. Si rese famoso sopratutto per la difesa di Verona, durante la quale mostrò grande intrepidezza al segno che, essendo stato trapassato da una palla, mentre presiedeva ad alcuni lavori di fortificazione, non fece motto e rimase al suo posto finchè quelli furono compiuti. Passò poscia dalla parte dei Francesi e fu rappresentante di Francesco I in Roma. Il suo nome fu coinvolto nella congiura dei siciliani fratelli Imperatore che miravano a liberare la loro patria dal dominio spagnuolo facendone re il Colonna con il beneplacito della Francia. Ma, mentre stava esaminando le fortificazioni del nemico in Milano, fu steso morto da una palla di cannone (1522).

[2] Notizie sull'assedio di Verona nelle cit. *Lettere* dello Spinelli e del Colonna al Clesio Archivio Trentino, I, 85 sgg.

nomen est peculiare) prostravere. Nihilo tamen deterriti oppidani aliquam deditionis spem dedere, cum XVII millibus maximarum machinarum petitionibus, minorumque tormentorum innumeris ictibus, et tanti spatii murorum oppositione privati forent.

Comes interea ea cura non tantum suum munus obibat, sed alienis non ut unus intererat. Quippe qui ambire urbem, vigilias mutare, parare machinas, exhortari milites, quocumque opus esset accurrere, perpetuoque laborans, insomnes noctes transigere; eoque suo studio et labore devenerant, ut tam graves hostes, tantis moenibus prostratis, non timerent. Visum tandem hostibus urbem per murorum ruinam impetere, in eamque irrumpere. Aggressi ergo magno impetu, usque ad verticem eorum devenere, quibus praesidiarii milites suis cum ducibus strenue occurrerunt; hastis gladiisque cominus pugnatum est. Tandem vi praesidii et terrore fossarum, reliquarumque munitionum, quas structas intra urbem cernebant, deturbati sunt. Hoc in aggressu alteram tuendo partem, boni ducis, ac strenui militis opera Comes ipse tutatus est.

Depulsis igitur e moenibus hostibus non parvo damno et dedecore aliquanto laxius urbem circumsedere statuerant, eaque, postquam vi expugnare nequirent, fame potiri: quare diligentius observari, ne victus inferri posset, curavere. Haec autem hostium a moenibus secessio, etsi admodum pauca, oppidanis quietem aliquantulam pertulit.

Unum tamen Comitem discrimini periculoque maiori obiecit tumultus militum, qui in praesidio 'erant, reposcentium stipendium, et abundantiam, ipsumque appellantium deceptorem, MUR., 63
qui spoponderat brevi et salarium, et commeatum, neutrum hactenus apparere: ventres eorum et marsupia vanis pollicitationibus non expleri, ac se exacturos frustratae spei poenas. His dictis, ingens Germanorum globus in domum eius erupit, bonamque partem suppellectilis depraedatus est, et apothecam omnem exhausit; vini enim penuria maxime laborabant. Comes vero iis angustiis in arcem, in quam se receperat, advocatis ductorum primoribus, et quibus sanior mens erat, ac inter suos auctoritas maior, praesentis penuriae causam, obsidionem strictiorem esse monstravit, sic et stipendii dilationis. Nihilominus pro rerum parcitate consulturum; brevi certe Caesarem suppetias missurum, et omnium affluentiam, stipendiique supplementum; et hoc pro comperto haberent.

Interim vasa argentea, et si quid pretiosius ei inerat, etiam quod mutuo invenire potuit, impertitus est. Victus curiosius perquisitus, parciusque divisus. Vini cum nihil inesset, primus ipse aquam haurire coepit, paneque infra secundario uti, nihilque delicatum sibi apponi. Mirum profecto edidit, ut Germani citra merum victitarent aquaque contenti essent. Iis suasionibus, affabilitate et exemplo quievit aliquantisper seditio. Insuper, importune poscentibus tollere vectigalia necesse habuit, utque illis vilius utensilia praestinarentur, salario, quo inde se suosque alebat, privare. Sic magna hac in rerum caritate, praesidium pollicitationibus et spe in officio detinuit, donec subsidium a Caesarea Maiestate advenisset. Quo appropinquante, hostes, sublatis tentoriis, obsidionem adeo subtimide solverunt, ut pauci, quibus permissum est extremum carpere agmen, iumenta atque impedimenta nonnulla, depraedati sint. Ad hunc finem devenisse tam longum, pertinaxque obsidium (nam sex menses perduraverat), in primis fide virtuteque Comitis ferme tenetur.

Liberata igitur Verona, intromissoque commeatu, visum est Comiti per se Caesarem consulere; tutelaque urbis vicario ducibusque commendata, paucis comitantibus, expeditius ad ipsum pervenit, a quo benignissime susceptus magnificeque laudatus, debere tantis officiis in suo obsequio praestitis multa fassus est, quorum nec immemorem, nec ingratum fore. Exposito deinde Veronae statu, et quae ad eam resarciendam similiterque conservandam conducerent, postea stipendium militum, quibus suam oppignoraverat fidem, vellet sua Maiestas

2. cum *C seguito dal* MUR. - petitionibus .... innumeris *om. C e* MUR. — 5. circuire *C, seguito dal* MUR. — 5-6. cuicumque operi occurrere *C e* MUR. — 14. igitur *om.* MUR. — 15. circumdare *C e* MUR. — 20. opperire *C* — 21. variis *C e* MUR. — 32. forent *A* — 44. in sui obsequium *C e* MUR. - multa *om. A C*

illico solvere. De provisione urbis nil retulit. Salarium militare reportavit, statimque expectantibus militibus contribuit; cui gratias egere summas, illumque caritate paterna amplexi sunt; in primis tamen Hispanorum primores. Deinceps non illa sua provida diligentia urbem concinnabat a Caesaris reditu, sive ex illo quid praesensisset, sive praesagiret, quod mussitabatur, brevi scilicet Veronam in Gallorum principis manus deventuram, et per illum Venetis restituendam, conditionibus ipsis notis. Quod non multos post dies cum omnibus liqueret, Comes nemini dignatus civitatem tradere, praeterquam uni, qui illam sibi crediderat, properus Caesarem adiit, illius magistratui urbem urbisque curam relinquens; festinationis Mur., 64 enim tam citissimae causam credimus, ne redhibitionis Veronae ipse 'minister inveniretur [1].

Quo cum pervenisset, humanissime amplexatus, magnificisque verbis honestatus, proque laboribus proximae obsidioni exanclatis grates dictae. Petierat enixe, ut cum bona ipsius gratia et venia liceret iam patriam familiamque invisere, a quibus tamdiu eminusque in eius obsequium abfuerat: quod minime obtinuit. Imo paulo mox ad nepotem Carolum regem nostrum pro rebus non quibusvis credendis suo nomine delegavit, ubi honorifice susceptus. Noverat enim probe rex illum avorum Maiestatibus omni vita deditum, utiliaque et gratiosa illis navasse. Legatione ergo edita, benigneque accepta, responsum per veredarios ad Caesarem delatum, illius ad nepotem approperavit adventum, ubi eum Comes praestolabatur [2].

Carolus quidem rex praesens videns, quae de eo diu acceperat, a se discedere noluit, sed in suum Consilium cooptare curavit, in quo summa cum laude hodie degit, perpetuo sui similis, ut ultimo semper officio et decore se augeret, et priora benefacta solidaret; talemque in recens Consilium insinuando se laudabili perseverantia gerit. Qui, quamvis Germanorum mores non adeo nostris congruant, brevi tamen illorum percepta natura humanioribus se adiunxit, reliquos adeo discrete pertulit, ut nulli eorum particeps fieret, nec indigenas omnino horrere videretur, eaque solertia sua laudabilis omnibus approbaretur. Dumque sui principis, illiusque Imperii rem ageret, minime omittebat patriam iuvare et civem amicumque bonum se exhibere.

Interea cum ab uxore reliquisque suis expostularetur impense, curaturum quam citius posset ad nos redire, medio hoc tempore nova necessitas permanendi appetiit. Decreverat enim rex, Consilii principem, quem Magnum Cancellarium vocant, comitantibus e Senatorum plurimis, ad Hispanos mittere, ut res ibi nutantes stabilirent, darentque operam, ne quid turbidi aut novi ulterius serperet; utque pedibus irent, ne maris casus eos praepedirent; se vero, cum per tempus licuisset, mari assecuturum. Quare multis probis viris et capite depleto Consilio, necesse habuit ipse Comes pluribus negotiis invigilare, cum classis pararetur instrueretúrque armamentis militaribus commeatuque. Haec omnia ut diligenter fierent, elaborabat.

Interea regem ad Hispanos, tamquam ad principatus sui columen ire satagentem, hyemis saevitia, adversi flatus, horrida fluctuum tumiditas aliquamdiu inhibuere (estque illa transvectio periculosa, et omni parte fere inhibita): iussit omnem commeatum, et quae opportuna imposuerat navibus, deportare, expectaturus vernam commodiorem navigationem. In hoc demorandi consilio, ventus, qui hactenus adversabatur, in secundiorem mutatur. Quo viso, nauticarum rerum periti mutant sententiam, iubentque incunctanter naves omnes conscendere, asserentes ventos perflare prosperos ad Hispaniae usque appulsum, idque ipsis observatum.

---

7. ei qui *C e* Mur. — 8. restitutionis — 11. exhaustis *C, seguito dal* Mur. — 13. obsequio *A* — 14. delegavit. Ibi *C e* Mur. — 17. ipsius *C e* Mur. — 21. insinuaret *A*; insinuare *C* — 24. eaque sententia *A C* — 25. patriam iuvare *om. C* — 27-28. curaretque ut .... rediret Mur. *contro i codd.*

[1] Verona fu consegnata al vescovo di Trento Bernardo Clesio, rappresentante dell'imperatore, il quale la rimise ai Francesi perchè a loro volta la ridessero ai Veneziani. C. Giuliani, loc. cit.

[2] M. Sanuto, *Diarii*, XXIII, 364, dicembre 1516: "el conte di Cariati stete 15 giorni avanti havesse "audientia di l'Imperador, el qual Cariati va in Fiandra "dal re Catholico". Era partito per la Germania ai primi di novembre e quindi le date delle due ultime lettere pubblicate dal Giuliani debbono ritenersi inesatte.

Itaque de quarta vigilia, Virginis Matris natali die, bona spe solverunt secundo navigationis flatu, qui non diu tenorem servavit. Quippe tertio a digressu die adversi flatus adeo saevi surgunt, ut iter ad destinata peragere denegarent. Nautae ergo quantum per tempestatem licuit, ad regem deferunt, maximo in discrimine rem versari: impossibile quippe his flatibus incoeptum peragere iter. Tria superesse,' e quorum uno sibi et classi consulere Mur., 65 possunt: aut si proras, unde moverat, verteret, aut si portus alienae ditionis intrare vellet; tertium, si per aequora errans opperiri ventum vellet. Quibus rex nullo modo rediturum se dixit; nec in alienas manus portus desiderio se deventurum. Darent operam, ut errando opportunitatem perficiendae viae expectarent.

Errando ergo iuxta regis sententiam et imperium, ecce optata maturius spes perficiendae navigationis suae apparuit; flatus enim quietiores ac ad Hispaniae litora ducentes adfuere. Directis igitur illuc proris, modo plenis tumidisque velis, modo placidis et malis adhaerentibus, suum tenuere cursum. Itaque, dum montes videntur Hispani, rex viciniori litori exponi se iubet: nausea et navigationis molestia adeo eum turbaverant, ut ad portum non eminus adire neglexerit. Pagum autem, quo tantum Regnum auspicaturus erat, modicis et paucis potius mapalibus, quam casis inhabitatum, vocant incolae Villam-Viciosam [1], ubi parumper propter incommoditatem moratus, per montes inclementes et asperos ad frequentiora ire contendit, donec ad optata perveniret. Inhibuit enim proceres regulosque hispanos, etiam Celtiberiae, quorum foecundissima est, sibi occurrere, excusans hospitiorum penuriam, iussitque in Valle [2] Olitana se illuc properantem opperiri; commodius illic futuros et incolatu et annona. Haec sunt ad nos de rege comitatuque perlata. Nec ignoro navigationem hanc contemptui gestorum nostri principis fuisse, sed quoniam' obsequiosam in suos principes perseverantiam nostri Comitis innotescere volumus, non ab re huc divertisse videor.

Navigaverat enim Joannes Baptista prius et mox Comes, interna fere maria omnia, quorum discrimina et varios casus perpessus, nil tamen deterritus, quin oceani diros procellososque fluctus, importuosaque litora, et maxime hoc in traiectu experiri voluerit, cum probe nosceret nostri maris Mediterranei tempestates et turbines malaciam esse ad traiectum a Flandria ad Hispanos hyberno maxime tempore. Dum rex noster ibidem, quo convenerat, componendis regni rebus recenter aditis, conventibusque peragendis immoraretur, cunctis Comes adfuit, cuius et fides, et auctoritas omnibus approbata est, ita ut Hispani, quem olim integrum apud regem vita functum fidumque cognoverant, tunc sagacem et consultissimum Senatorem perspicerent.

Verebamur interea, qui tam diuturna absentia torquebamur, ne laudabiliora eius opera, et eius in principem caritas diuturniorem efficerent, cum minime sperantibus allatum est regem commeatum dedisse, ut bona sua venia domum reverteretur: quod quidem tam gratum non solum nobis necessariis, sed omnibus exstitit, ut vix prae nimio desiderio crederetur, donec digressum a rege audiremus. Itaque patriam versus cepit iter, ad quam III nonas iunii terrestri itinere pervenit, magnoque cunctorum favore et amore admissus, adeo ut ultra Capuam pars ei occurrerit maxima, et omni via Neapolim usque obviam iverit gratulatum ei adventum; eaque frequentia urbem introivit, tantoque comitatu conspicuus, non minori civium frequentia in compitis viisque, per fenestras quoque mulieribus eum ut carissimum spectare cupientibus, ea pompa instar ovantis in arcem, vicegerentem' salutaturus, devenit, Mur., 66 atque inde laeto spectaculo omni civitate domum usque deductus est [3].

---

3. Novae rei *A*; Notae rei *C* — 8. in alienas manus prorsus non desiderare se deventurum Mur., *C om.* non — 10. *A aggiunge* viae *dopo* perficiendae — 21. novissime de rege *A* — 32. perspexerint *C, seguito dal* Mur. — 41. per carissimum Mur. *contro i codd.* — 43. domum usque *om. C e* Mur.

[1] *Villam-Viciosam* = Villaviciosa.

[2] *Valle Olitana* = Valladolid, dove Carlo giunse il 18 novembre 1517.

[3] Sanuto, *Diarii*, XXV, 322, marzo 1518: "Da "Napoli di Lunardo Anselmi consolo come si aspet- "tava de lì el conte di Cariati qual havia con danaro

*
* *

Post tam multos laudabilesque exantlatos labores, post nomen ingens merito partum, post tot itinera impigre confecta, tandem Comitem, Ferdinande carissime, tibi domum reduximus bene auctum, et cumulatum honoribus et amore. Quem, si vis vivendi praesentem normam, et quidquid aut discere, aut imitari optaveris, intra limen domus uno exemplari, patre scilicet tuo, invenies. Hic mercedem nullam reposcit, nisi ut se patre dignus filius dici vocarique possis. Ergo incipe tempestive gratias reddere, ut iam noscat, quem fortunarum successorem habere voluit, eundem sui imitatorem videat. Quamobrem illum sectare, illiusque loquentis ex ore pende; motus, gestus studeas pro viribus sequi, quae te citius et rectius ad metam probitatis ducant. Nec lineam, nec regulam invenies, minimeque praeceptorem omni iure, qui te instruere tanta caritate et experientia possit et velit. Debes profecto multum.

Etenim ultra genituram educavit te instar magni viri filium, et, cum minime equos conscendere posses, mannulos tibi paravit. Mox, quando adolescere coepisti, grandiores adfuere equi, vestes pro aetate satis splendidae et sumptuosae, tum sericae, tum laneae adeo eximiae, ut sericas illas pretio vincerent. Paedagogos, quibus latinas graecasque literas perdisceres, comites insuper, qui tecum perreptantes adirent, honestos tuique amatores apposuit, et gladiatores, qui te retusis ensibus instruerent, ut, quando necessitas incumberet, cuspidatos dexterrime inferre ictus et caute declinare noscas. Et postquam nostra aetate etiam ingenuis musica in honore pretioque habetur, peritos callentesque eam tibi adhibuit, qui cantare et saltare probe docerent, ne quando forte rusticus et indoctus dicereris. Ac nondum virum ingenti matrimonio copulavit, utpote Bisiniani principis ex sorore nepti, itemque ducibus Adriae, eiusque fratris Neritoni marchionis filiae [1]. Magna profecto haec, sed plus quia te virtutibus addixit; lasciviendi enim viam aut nepotandi obclusit.

Cum ergo memineris te viri, tot tantisqus dotibus praediti, filium et heredem, nil profecto turpe, si illum mente revolveris, cogitare, nedum perficere audebis, et si forte quid indecorum subieris, protinus abicies, et nullatenus ad effectum perduces. Perge ergo assidue haec meditari, ne memoria excidant, et summopere observa, ne a paternis vestigiis divertaris. Quod si is fueris, quem optamus, omni studio imitari conaberis. Sin autem (quod avertat Deus) secus vixeris, et ad deteriora perlaberis, scias magno id futurum opprobrio et damno, et felicitatem quietemque, quam parentes tui tanto labore, industria, periculo, sibi tibique hereditariam paravere, male vivendo corrumpes, et parentes tristes moerentesque tuis nepotibus reddes. Quod te vitare iterum atque iterum rogo et moneo, maxime cum nulla peccandi oblata fuerit occasio; quin immo cuncta ad honeste vivendum ultro parata et apposita fuerint. Vale, et, si te tuosque parentes amas, te dignum iis filium praesta [2].

---

6. Nec mercedem ullam reposcit *C*, *seguito dal* MUR. — 14. lanistrae *A* — 20. Ac te modo MUR. *contro i codd.* — 22. Andriae, MUR. *forse per confusione con l'antico duca di Andria Pirro Del Balzo, fratello del parimenti antico duca di Nardò* — 23. aut nepotandi *om. in C e* MUR. - ostruxit MUR. *contro i codd.* — 26. abicias .... perducas MUR. *contro i codd.* — 27. *A aggiunge* si tibi constare vis *dopo* excidant — 32. rogo et *om. C e* MUR.

" assai comprato dal Catholico re in Spagna, dove el " se ritrova, certo oficio nel regno, nel qual trarà gran " soma di danaro „; *Ivi*, XXV, 612, agosto 1518: " Da " Napoli ecc. come el conte di Cariati venuto lì, vol " meter tante imposte a quelli popoli che tutti sono " malcontenti et li portano grande odio „.

[1] Moglie di Ferdinando Spinelli fu Diana di Acquaviva figlia di Belisario, duca di Nardò, e di Sveva Sanseverino e quindi nipote del principe di Bisignano e del duca d'Atri.

[2] Il Caracc. non scrisse l'intera biografia dello Spinelli. Faccio seguire le altre notizie, che ho trovate intorno a lui. SANUTO, *Diarii*, XXVI, 196; novembre 1518: " è morto domino .... zenero dil conte " di Cariati, qual havia fato uno palazo bello „; *Ivi*, XXIX, 38; luglio 1520: " Hieronimo Diedo secretario " scrive de Napoli dil partir dil conte di Cariati, qual " va a trovar la Cesarea Maiestà, malcontento del vi- " cerè „. Giunse a Bruxelles nell'agosto; *Ivi*, XXXIII, 292, giugno 1522: " È con lui (col vicerè conte di " Lannoy) il conte di Cariati, qual torna a Napoli et è " di primi dil Consejo dil re „; *ivi*, XXXIII, 406: " Si " verificoe el conte di Cariati domino Zuan Baptista " Spinelli, qual è stato in Spagna, zoè in Fiandra da " l'Imperador assai, e tornava col vicerè nuovo, si ama- " loe et era morto. Era homo di gran inzegno, richo " et operato assai „; *ivi*, 409, agosto 1522: " Di Napoli " di Lunardo Anselmi consolo: Di la morte dil conte " di Cariati: si dubita sia sta atosichato „.

IV.

DELLA VARIETÀ DELLÀ FORTUNA

DE VARIETATE FORTUNAE TRISTANI CARACCIOLI

ETSI omnia vanitati submissa verissime sapientissimum Salomonem illum dixisse credebam, et ea praesertim, quae sensibus noscuntur et manibus tractantur, assertione tamen volubilitatis nostrorum temporum factum est, ut non modo credam, sed videam, manuque tangam esseque rata existimem. Quippe legeram, apud illum et nonnullos alios, antiquarum varietatem rerum, audieramque praesentium, quam infirmi essent dominatus et regna, quamque fluxae et labiles opes et divitiae, quamque momentanea forma et pulchritrudo, quam denique pervia poenitentiae voluptas et laetitia, quibusvis deliciis comparata. Quae cum summo studio maximaque facundia retulissent et adeo prae oculis illa nobis posuissent, ut paene cernere videremur, tamen longe magis movent afficiuntque quae nostra aetate contigisse cognovimus, et tanto efficacius nos vexant et premunt, quanto infeliciores etiam fuisse castos illos priscos et sanctos viros, praesentia haec arguunt, ita quod, cum miseremur maiorem, et affligimur praesentibus, de posteris melius sperare desipientium esset. Ergo ita circumscripti ab hac vanitate et volubilitate rerum vivimus, quarum nos maxima pars sumus; pudet dixisse sumus cum homini tam nihili, tam futili, incertoque sui minime conveniat, nisi ad supera stabilia perpetuoque laeta, quibus conditus est, pro sanctis Dei monitis et mandatis se erexerit. Ad quod maxime facit, reliqua (praeter animum, qui solus divino fultus auxilio ingentia et immortalia optare et assequi potest) contemptui despectuique habere, ut illa facilius nos ad se trahentia, quam vana, inutilia fallaciaque sint, iugi memoria per exemplorum ostensionem noscamus. Omissis ergo antiquorum variis deficientis variantisque vitae casibus, quibus omnis scatet historia; conemur ea, quae hoc nostro Regno atque aetate gesta sunt, recensere, utpote spatiis viciniora, quae magis nos cautos ad nostram conditionem noscendam reddere valeant. MUR., 67

Igitur ab expugnatione huius nostrae urbis ab Alphonso Aragonum rege, eiusque direptione, ut par est, tristi enarratione ordiemur. Antehac gestorum per me nihil novi, et huius rei minime meminissem, ni magnitudo facinoris pavores ingentes, strepitus et discursus diripientium civitatem tenellae me'moriae servandum impressissent. Cepit urbem Alphonsus, MUR., 68 exegit hostem Renatum, triumphavit more maiorum, qualis ante eum apud nos nemo ostendit

---

1. *Lez. dei codd. A C;* Tristani Caraccioli De varietate fortunae libellus *P*; De varietate fortunae auctore Tristano Caracciolo MUR. — 2-3. *C seguito dal* MUR.: submisisse .... credebam — 8. perviae poenitentiae *A*; praevia poenitentia *C* — 11. *Lez. di A C*; novimus MUR. — 14. circumsepti MUR. — 15. *I codd. om.* vivimus — 18. solus *A*; *C, seguito dal* MUR. solo — 19-20. atque .... noscere MUR. *contro i codd.* — 25. enarrationem MUR. *contro i codd.*

se regem [1], et quae Maiestatem Regiam decent, exercuit, donavit, regia spectacula edidit et magnifica cuiusvis generis, nuptias celebravit, equestres hastarum ludos, convivia et sacrorum pegmata exhibuit publice; et, ut paucis absolvam, nil denique omisit, quod sibi laudem et gloriam populoque hilaritatem exhibere posset. Quin etiam venatui, aucupio Venerique affatim indulsit. Regiam nobili, speciosa, magnificaque supellectili ornavit. Aulaeis exquisitissime elaboratis argento auroque adeo abundavit, ut repositoria in turrium effigiem substructa vel erecta, substinentibus animalibus eodem metallo fabricatis, suisque pretiosis armis instructa, multiplicibus vasibus non ad usum tantum, sed ad invidiosam ostentationem opplerentur. Gemmas, margaritas, carbunculos, ceteraque id genus pretiosa enumerare vanum esset, cum constet iis rebus reliquos suae tempestatis anteisse principes, interiectionibus tamen iis, quae laetitiam saepe interrumperent, multaque etiam quae moerorem, querelasque inducerent: germanorum ignominiosa reiectio ex Hispaniis, et alterius mors, patrimoniique ibi amissio; clientes partiumque suarum fautores, tot hispanos principes viros ad se exutos bonis exulesque devenisse, quibus consuluisse, et eorum victui prospexisse non sine angore animi credi par est, dispendioque maximo, et praecipue cum praesentibus illis, se aut impotentiae, aut ingratitudinis argueret, cum talia passos sua sub spe videret [2]; bellorum infelices exitus, solutae cum ignominia et derisu urbium obsidiones; crematae ab hostibus naves intra Neapolitanam molem ipsoque spectante obsessa et pretio redempta classis corrupto aëre; adversae profecto minae adventantis Andegavensis regni aemuli, magna Italiae parte et pontifice illum attrahente; praesumpti regni novi motus (quibus parem nequaquam futurum multorum opinio erat), maxime vexabant, et felicem negabant [3].

Ad haec heredis sollicitudo, quando ipse Ferdinandum nothum in hoc Regno sibi succedere vellet, et forte Carolus Vasconum princeps ex fratre nepos adesset, et valetudine, qua decessit, aula omnis esset in factiones partesque divisa, cum alii Ferdinandum, alii Carolum regem vellent [4]. Quae eum gra'viter aegrotantem non latebant, adeo ut triduo ante

Mur., 69

4. et venatui Mur. *e così* C - Mur. *om.* Venerique, *che è nei codd. e nella ediz.* Gravier — 6. turris C *e* Mur. — 8. instructis C *e* Mur.; instructa A *e* Gravier — 10. *A mette punto fermo dopo* principes *e legge*: Intercessere tamen, *ma il congiuntivo* interrumperent *non si potrebbe in tal caso sostenere. Nell'ediz.* Gravier *si ha il punto fermo e poi* Interiectionibus tamen iis, *che è insostenibile* — 17. *A aggiunge* classis *dopo* naves - intus C *e* Mur. — 18. aere Gravier — 22. nostrum *A invece di* nothum — 24-25. *A aggiunge dopo* Carolum, ex fratre nepotem

[1] Il 2 giugno 1442 gli Aragonesi occuparono Napoli; il 26 febbraio dell'anno appresso Alfonso fece il suo solenne ingresso nella città. G. M. Monti, *Il trionfo di Alfonso I di Aragona a Napoli in una descrizione contemporanea*, Bari, 1932, estr. dall'Arch. scientifico del R. Istituto Super. di Scienze econom. e commerciali di Bari, VI (1931-32).

[2] Accenna qui ai fatti, che si svolsero nella penisola Iberica sotto il regno di Giovanni II di Castiglia, alle lotte fra il connestabile Alvaro de Luna e i fratelli di Alfonso d'Aragona, Giovanni re di Navarra e gl'Infanti don Enrico e don Pedro, alla sconfitta subita dai partigiani degli Aragonesi a Olmedo (19 maggio 1445), alla conseguente morte di don Enrico per una ferita mal curata a Catalayud. È noto che, dopo la scomparsa di Giovanni II (21 luglio 1454), il nuovo re di Castiglia Enrico IV stabilì la pace con Giovanni di Navarra. Per essa i principi aragonesi rinunziarono alle città e ai beni che possedevano in Castiglia ottenendo in cambio un assegno sul tesoro castigliano. I nobili, che si erano ribellati al re Giovanni II, ricuperarono le terre perdute e furono ammessi a ritornare in patria. Alfonso d'Aragona confermò la pace (1454). Parecchi nobili castigliani si erano rifugiati nel regno di Napoli e in Sicilia.

[3] Accenna qui alla guerra contro i Fiorentini alleati del duca di Milano, nella quale re Alfonso fu d'accordo con Venezia (1452), alle operazioni del duca di Calabria in Toscana, dove fu presa Foiano in Val di Chiana soltanto dopo strenua resistenza da parte dei difensori, mentre Castellina nel Chianti fu dovuta abbandonare dopo lungo assedio; all'incendio delle navi avvenuto nel porto di Napoli e al riscatto della flotta per danaro; al ritorno di Renato d'Angiò allettato dalle promesse del pontefice e dei nemici di re Alfonso (1453); alla prima rivolta di Antonio Centeglia in Calabria e alla congiura di Giosia Acquaviva duca d'Atri: tutti fatti che turbarono la tranquillità del regno del Magnanimo.

[4] Carlo di Viana, figlio di Giovanni II e di Bianca di Navarra, caduto in disgrazia del padre a causa della matrigna Giovanna Enriquez, venne in Italia. Alcuni feudatari, tra i quali il Centeglia già ricordato, lo volevano re di Napoli invece del bastardo Ferdinando. Cf. G. Deldevises du Dezert, *Don Carlos d'Aragon prince de Viane*, Paris, 1889.

obitum e Nova Arce, cuius occupatio plurimum ad regni successionem referre credebatur, in Megarim, quam nunc Ovi Arcem appellant, transferri se voluit, ne promiscuus utrisque pateret aditus, sed tantum iis, qui filium Ferdinandum regem praeoptabant, in cuius verba et arcis praefectum iurare coëgit [1].

Iis sollicitudinibus, molestiis, curisque anxius decessit, morbo insuper immundo et pertinaci, involuntario scilicet, insensibilìque spermatis fluxu. Haec exitialis illi exstitit valetudo. Sed quoties lustratam urbem meminimus, et suscepta redditaque vota pro periclitante illo? Quot laeta, tristia, magnifica, modica et regi, et populo suo mors momento composuit? Numeratur etiam inter ea, quae tristem illum reddebant, praesumptio futurae successorum minae. Dum enim Castrum novum ex diruto tam nobile restitueret, saepius dixisse fertur, si aliud, quam Novi, loco nomen inesset, profecto ne quadrantem quidem in illius instauratione erogaturus esset. Siquidem pro comperto duceret, et arcem reliquumque Regnum non diu post in alienas hostilesque deventura manus. Sed idem, quod prius castro servante nomen, non velut monumentum a se positum, sed praedae loco cessurum hosti. Potuerat regis huius vita satis documenti dedisse, quam infirmae conditionis simus, qui tantum regem sic iactatum fortuna vidimus, nisi filii nepotumque progressus et exitus id clarius ostendisset.

Adsit ergo Ferdinandus filius, et hic regnum auspicatus adeo crassante pestilentia, ut Neapolim relinquere, Capuamque secedere coactus sit, nondum stabilita re, et nutante Regni magna parte novitatibus studente, id procurante Callixto pontifice maximo, qui non desistebat proceres Regnique populos adversus illum suscitare, tum pontificali auctoritate tum Ecclesiae praetenso iure. Miserat enim diplomata, quae bullatas hodie literas nuncupamus, quibus cuncta in favorem Ferdinandi edita a prioribus irritabat, eumque deinceps regnare inhibebat, subditosque sacramento solvebat [2]. Haec quotidie intentius meditantem pontificem mors occupat, in cuius locum Pius Secundus suffectus, adeo benignum favorabilemque illico Ferdinando se ostendit ut Callixti revocaret literas, et anteriorum in Ferdinandi favorem, additis insuper suis, ratas haberi voluit; quin etiam legatum, qui corona, reliquisque insignibus regiis illum ornaret, in Regnum misit [3].

Vix coronam sumpserat, et ecce Tarentinus princeps, ipsius Ferdinandi uxoris avunculus, una cum Rossani principe eiusdem Ferdinandi sororio, quos quasi stabilimentum successionis Alphonsus pater illi providerat, plerisque aliis sibi adscitis ad Andegavensem defecerunt, in illumque evocatum iuravere. Itaque factum est, ut brevi reliqua fere Regni pars ab illo defecerit, despicabilemque haberet. Nec defuere, qui eum insidiis appeterent, quippe, cum per intermedios conventum esset de compositione cum Rossani principe, coram per se remotis arbitris, agere, ad destinatumque locum uterque devenisset, duobus solis comitibus, non propugnatoribus, sed spectatoribus potius, ubi nutu data receptaque salutatione, paucis ultro citroque habitis verbis, princeps sociis ad id ductis annuit, illicoque strictis gladiis in

2. ad Megarim *C e* Mur. — 7. pro *om. C e* Mur. — 8. mors *om. C* — 14. munimentum Mur. *contro i codd.* — 19. audente Mur. — 22. primoribus Mur. *contro i codd.* — 24. loco *A* — 26. voluerit Mur. *contro i codd.* — 27. in Regnum *om. A* - miserit Mur. *contro i codd.* — 29. quasi *om. A* — 30. accitis *A* — 35. nunc Mur. *invece di* nutu - priis *A invece di* paucis

[1] È noto che, sentendosi vicino a morire, re Alfonso si fece portare da Castelnuovo a Castel dell'Ovo (Megaris), dove sperava di trovar conforto nell'aria migliore. Si spense invece il 27 giugno 1458 dopo aver ottenuto dai fedeli il riconoscimento di Ferdinando I.

[2] Callisto III, spagnuolo e già creatura di re Alfonso, non volle riconoscere Ferdinando I e propendeva a investire del regno Giovanni II, fomentando nel frattempo la rivolta del Centeglia e di altri baroni, come il principe di Taranto. Per buona ventura del nuovo re, Callisto III morì presto (6 agosto 1458) e Giovanni d'Aragona esortò i Napoletani a mantenersi fedeli a Ferdinando.

[3] Pio II (Enea Silvio Piccolomini), volendo riunire i principi cristiani nella lotta contro i Turchi, riconobbe Ferdinando I (1 novembre 1458), e lo fece incoronare a Barletta dal cardinale Latino degli Orsini (4 febbraio 1459), ottenendone in compenso Benevento e Terracina.

MUR., 70 regem pergunt, qui et ipsum ad propulsandam vim nu'dato gladio offenderunt. Referre solebat rex, cum inter loquendum verba principis titubantia, minimeque praesenti congressioni accomoda accepisset, in suspectionem futurae perfidiae devenisse, ideoque tam paratum promptumque hosti se obtulisse. Deveneruntque tandem cominus, ut gladiis se impeterent, pluribusque ictibus nequidquam illatis (erant enim utrinque armis muniti), rex a tribus fere circumventus, ea se alacritate tutatus est, ut illaesus hostes dimoverit. Interea, qui eminus spectabant, voces substulerunt, et regis comites se proferre coeperunt. Sic frustratus opinione, princeps cum comitibus reversus est. Repertum, ubi decertatum est, mucronem accepere, et veneno tinctum fuisse deprehenderunt; exciderat enim inter impetendum ex tribus uni [1].

Non diu post apud Sarnum profligato fugatoque exercitu, castris amissis direptisque, tutari se Neapoli fuga necesse habuit, ubi obsessi instar usque ad suppetias degit adeo arcte, ut gratia remittendi curas inter astantes moenibus ruinas ac macerias accipitribus aucupatus sit. Quo tempore Isabella uxor quotidie in Divi Petri Martyris claustro, vasculo ante se posito, velut stipem emendicaret ab iis, quos ad hoc evocaverat, pecuniamque in sui militumque subsidium mutuo posceret, artificumque omne genus, ut sibi viroque indigentibus quilibet sui artificii opera crederet, persoluturam se brevi, occasione oblata, polliceri, inter preces et verba minas indicantia excidebat. Sicque factum est, ut non modicum et pecuniarum et operum subsidium comparavit [2].

Interea insontes aliquos exules extorresque exegit (forte non sine moerore et animi angore credi potest), sive ad id metus et suspicio adegerit, sive importunitas eorum, qui talium delatores, et in regem caritatem ostenderent, et sibi laxiorem apud illum locum facerent [3].

Adde et liberorum immaturas mortes, quorum alterum in patrum collegium Cardinalium cooptari curaverat, ingenti cura et impendio, ut esset in officina illa, ubi demolitoria regum Siciliae plerumque fundantur, qui iugi animadversione orientia in patrem mala deprehenderet, quae facilius caveri possent. Quod si mors, huic se cautioni opponens, suum morem secuta non fuisset, bene certe consultum erat; quippe eum se gerebat, ut multa, quae domum et familiam subverterunt, ipse forsitan ne inciderent, avertere potuisset [4].

Quique senio et valetudine ad id devenerit, ut armorum meditationes, venationesque, adde lusus, quorum studiosissimus et aeque appetens exstiterat, fastidiret, adeo ut omnem civitatem una consenuisse diceres. Nonne toties queri audiebatur, quod iam nec dapes sumeret, nec vinum sapidius biberet citra displicentiam et dolorem, propter dentium orisque infirmitatem? Et citra omnem reliquam vitam adeo putidiusculus et morosus devenerat, ut neminem esse, qui coenam struere, neque vestes aptare, lectumque illi sternere sciret, impa-

---

1. quem et ipsum *A* — 3. suspicionem *C e* MUR. — 5. iniunctis *A invece di* muniti — 15. subsidio *A* — 16. persolutura brevi *C* — 18. *A*, *seguito dal* MUR. opum - MUR. *aggiunge* in *a* subsidium, *che non è nei mss.* — 21. delata *C* - principem *A invece di* regem — 22. Cardinalium *om.* MUR. — 25. possint *A* — 29. luxus.... potens *A e C*

[1] Il principe di Taranto Giovanni Antonio Orsini, zio materno della regina Isabella di Chiaramonte, e il principe di Rossano Marino Marzano, cognato di re Ferdinando, del quale aveva sposato la sorella Eleonora, d'accordo con altri baroni, quali i Caldora, Giosia d'Acquaviva, il duca di Sora, il conte di Campobasso e il Centeglia, aderirono al pretendente Giovanni d'Angiò figlio di re Renato. L'episodio, a cui accenna il Caracc., e che per poco non costò la vita al re, avvenne il 30 maggio 1460 a qualche miglio da Teano in vista dei due eserciti, che si contendevano il Regno. Nel cod. *C* alla parola " sociis " (p. 75, l. 36) è apposta la seg. nota marginale: " Hi tres socii fuerunt Deiphebus de Anguillara, Jacomucius de Monteagano et Marinus princeps Rossani " (PONTANI, *De bello neapolitano*, lib. I).

[2] La rotta di Sarno avvenne il 7 luglio 1460. L'episodio della regina Isabella in conseguenza di essa.

[3] *A* in margine: " De relegatione Andegavensium in Aenariam Neapolitanorum, qui illarum partium sunt habiti ".

[4] Accenna qui a Francesco d'Aragona, duca di Monte Sant'Angelo, morto non ancora venticinquenne il 26 ottobre 1486, e più particolarmente al cardinale Giovanni, nato il 25 giugno 1456, elevato alla porpora da Sisto IV il 10 dicembre 1477, spentosi a Roma il 17 ottobre 1485.

tientia queri soleret? Et tamen iidem erant, quos nuper laudare, et in suo quemque officio agilitatis ac sedulitatis extollere consueverat. Veniamus ad metam.

Finiitne labores et aerumnas vel saltem cum vitae usura? An potius deficientibus deliciis, viribus, et vivendi causis, aerumnae et anxietates magis viguerunt? quae profecto omnem priorem felicitatem delere potuerint; et novissime inexpectatus eventus, si felicem illum invenisset, reddidisset profe'cto infaustum et moerentem. Nemo enim in animum induxisset, MUR., 71 pontificem cum Mediolanensi Ludovico, per se Ferdinandum regno deturbare diffisum, ad ducendum in eum Francorum regem conspirasse. In quorum suspicionem cum devenisset, dissimulans, oratores ad quemlibet machinantium, tamquam ad amicos destinavit; quin etiam ad Gallorum Hispanorumque reges ante suspectum, exploraturus, an vera sibi delata essent; et si vera reperissent, tentarent nihilominus illa quovis modo infringere; quod si nec hoc quidem succederet, auxilium ab amicis exposcerent. Illi vero per literas certiorem fecerunt a pontifice et Ludovico sibi verba dari, idque liquere ambagibus dolosis inconstantibusque [1]. Qui vero ad Gallum ierant, ad illius conspectum non admittuntur; dona, quae attulerant, repudiata et remissa, suosque etiam fine ocissime exire iussi, palamque regem regi suo hostem esse admoniti [2].

Ex Hispanis autem, etsi non adeo hostile, ambiguum tamen allatum est responsum, quo credo satis patuisse regi aversam a se illius mentem [3].

Nondum legati redierant, et ecce subinde aderant nuntiantes Gallorum regem exercitum cogere, adesseque Italorum legationes, quae illum approperare urgebant. Cum iam accepisset magnam partem Alpium transgressam, subsequi regem ingenti comitatum manu, indicto prius per praeconem bello, spe decidit, cernens tam valido ab hoste, totque sociis fulto, se illi imparem, nullum opperientem auxilium peti. Tot haec confluentia mala senem et aegrum consternatum reddiderunt, ut saepe secum obloqui auditus sit, et saepe etiam adstantibus amicis prompsisse verba nihil ad praesentem sermonem facientia, sed curam sollicitudinemque tantum adventantis hostis, sociorumque illius in se odium innuentia, quae, ingenti dolore percitus, intempestive edere noscebatur. Creditur etiam non citra verisimile, tristibus nimiisque vigiliis curisque debilitatum caput in catarrhum incidisse, quo biduo extinctus est [4].

Scio non deesse, qui principis huius reminiscentes, superficie tenus vitam considerantes, felicem fuisse velint. Noverant enim illum ex omnibus adversis maiorem emersisse; perspexerant etiam in multis divinum adfuisse auxilium; quippe Callixtum pontificem tam infensum hostem, et ad nocendum efficacem, morte absumptum, suffectumque in eius locum Pium, qui adeo benigne amiceque cum illo egit, ut ne pater quidem amicius agere potuisset. Meminerant, post adversam apud Sarnum pugnam, opportune copioseque illi subventum; et fugatum hostem, et e Regno tandem exactum; deque adversariorum partium fautoribus, et suarum desertoribus poenas ex animo sumptas. Viderant illum quandoque usum firmo

---

1. MUR. *lesse inesattamente* pueri *invece di* queri - quoque *A* — 3. Finiitne labores aerumnasve MUR. — 7. perturbare MUR. — 10. exploratum *A C* — 15. moxque *A* — 17. Hispania MUR. *contro i codd.* — 18. adversam illius mentem *C e* MUR. — 20. dicebant *A* — 25. tantum *om. C* MUR. — 26. immenso ingentique *C e* MUR. — 27. videbatur *C corr. in margine* noscebatur — 35. adversarum *C seguito dal* MUR.

[1] Col papa Alessandro VI nel luglio 1493 si conchiuse un accordo pel quale il re di Napoli potè lusingarsi di aver dissipato in parte l'uragano che lo minacciava. Ma presto dovette accorgersi che il pontefice virava, come al solito, di bordo rimandando il convenuto matrimonio del figlio Giuffrè con la nipote del re Sancia d'Aragona. Quanto a Ludovico il Moro è noto che, mentre si professava a parole non nemico di Ferdinando, insisteva presso il re di Francia perchè si decidesse a passare le Alpi.

[2] Re Ferdinando inviò in Francia Camillo Pandone, che si diceva portasse del danaro per guadagnare l'animo dei consiglieri di quel re, ma, appena giunto a Moulins, dovette tornarsene in Italia. H. F. DELABORDE, *L'expédition de Charles VIII en Italie*, Paris, 1888, pp. 293-300.

[3] Giovanni Nauclerio fu deputato a recarsi in Ispagna presso i re Cattolici. F. TRINCHERA, *Codice Aragonese*, Napoli, 1870, II, II, pp. 319-320.

[4] Ferdinando I morì il 25 gennaio 1494. Per lui e i suoi successori cf. dello stesso Caracc.: *De Ferdinando qui postea rex Aragonum fuit.*

validoque corpore; armorum equitandique peritia non tantum reges et sibi pares anteisse, sed multos, quibus ea res peculiari exercitio gloriaeque fuerat, superasse; et strenui militis providique ducis saepe navasse operam; voluptates sibi undique comparasse, illisque fruendis quam fortunatissimum. Haec profecto magnifica, laetitia gaudiisque plena, felicitatem parturientia, iis fortasse videri possunt, qui segregata illa tantum cognoscunt. Nam si mala et incommoda illis inserta et intercurrentia novissent, non eiusdem fuisse sententiae reor. Nos Mur., 74 autem utpote illorum tem'porum conscii, imparem quotamcumque illius laetitiam spectamus, quae aut non statim, aut paulo post, aut parem, aut maiorem tristitiam attulerit. Quin finis rebus felicitatis vel miseriae nomen imponere solet. Revertar ergo unde prodieram, asseverans, quod praedixeram, inanem vitam, fictilem, et, ut sapientis verbo utar, vanos omnium mortalium deprehendi actus. Cuius documento satis esse potuisset duorum principum vita et exitus, nisi infelicitas filiorum se obtulisset.

Quid enim hilaritatis inesse potuit successori Alphonso, cognomento Secundo, quem diademate insignem perreptari per urbem vidimus, et, exultantibus reliquis, ipse tristi reductoque vulto, et minime tantam celebritatem decenti visebatur? Rescitum est postea, eo ipso die certiorem factum, transcendere iam Alpes ingentes Gallorum copias, quibus desertis omnibus per se obsistere diffideret. Discerne ergo tu in huiusmodi commissuris tristibus ac laetis mentis humanae habitum. Desperatis de se rebus, credens in se conceptum odium, non etiam in filium perseveraturum, illi regnum, vel potius regis nomen reliquit; conscenditque triremes Celtiberiam petiturus, in Siciliam deflexit, nec ulterius navigare per suos licuit, ubi velut non liber, arctius custodiebatur, Messanaeque decessit, ibique eius ossa ad hunc exulant diem [1].

An Ferdinandus filius benigniori usus est fortuna, qui, vix adepto umbratili regis nomine, coactus est etiam arcem hosti tradere? Quam se spectante, Germani, quos praesidio relinquebat, diripientes, vix illi tutum ad naves, quibus discessurus erat, perfugium praestitere, non tamen sine maximo periculo et trepidatione; et tamen hic post adeptam temporaneam victoriae laudem, ob nimios labores assiduasque curas in letiferam valetudinem incidens, statim Neapoli moritur, eiusque ossa in divi Dominici aede reposita, una cum cadaveribus maiorum suorum, eodem arsere incendio [2].

Adsit Federicus, qui novissimus ex illa familia apud nos regnavit. Ostendet profecto, quam coenoso, salebrosoque itinere pertractus sit ad infelicem metam. Quippe ipso momento, quo induere eum regno, cuius id munus erat, ostendebat exuere fortunis; et si quid pretiosae supellectilis supererat, cepit, et subinde non destitit. Spectabat animo maximos christiani orbis principes Regno inhiantes subdole exitium sibi parare; et cum forsan rex rei suae bene consulere potuisset, dolosis perfidisque suasionibus et minis, si non clare prolatis, intellectis tamen inhibitum. Non parum afflixisse eum credimus, talem se haberi, ut non

4. quam *om.* C *e* Mur. — 7. quantamcumque C *e* Mur. — 14. raptari C *e* Mur. — 16-17. quibus defectus omnibus minime per se obsistere posset Mur. — 19. regni Mur. *contro i codd.* — 23. Haud legerem C *a margine* — 27. *A aggiunge* cum qua *dopo* laudem — 31. ipsum momentum C *e* Mur. — 33. magnos C *e* Mur. — 34. et quam forsitan C *e* Mur. - rex *om.* A — 36. apertis tamen coniecturis C *e* Mur.

[1] La morte di Alfonso II avvenne a Messina il 18 dicembre 1495.

[2] Ferdinando II si spense il 7 ottobre 1496. I "Germani", dei quali parla il Caracc., sono gli Svizzeri autorizzati dal re a saccheggiare i magazzeni di Castelnuovo al momento dell'arrivo dei Francesi in Napoli. L'incendio, a cui accenna il Caracc., avvenne nella notte dal 29 al 30 dicembre 1506, ma, contrariamente a ciò che dice il nostro e che venne riferito anche da Giuliano Passaro, i cadaveri dei re Aragonesi non rimasero bruciati. Pare anzi che in quella circostanza fossero trasportati dalla cappella maggiore di San Domenico nella sagrestia della stessa chiesa, dove oggi si vedono. S. Volpicella, *Descrizione storica di alcuni principali edificii della città di Napoli*, Napoli, 1850, p. 269 e n. 515. Per re Ferrandino cf. anche B. Croce, *Storie e leggende napoletane*, Bari, 1918, 141 sgg. e N. Minervini, *Re Ferrandino*, Canosa, 1923.

puderet pontificem Alexandrum legitimam regis filiam sibi nurum exposcere, darique spurio, qui nuper cardinalis eum coronaverat regem. Quod cum minime successisset, destinavit omnino regem regnumque subvertere; utque facilius res succederet, obsistique minime posset, adscitis duobus maximis principibus, quorum uterque integro Regno aspirabat, illud inter eos divisit, pontificalique auctoritate, qua divisionem firmarent Federicumque fugarent, publice sanxit. Insuper militem, duce filio, qui coronam attulerat, cum Gallorum exercitu ad regem exigendum misit; quod brevi perfecerunt, cum post interneciosam perpudendamque Capuae urbis direptionem, deploratis re'bus, coactus sit qualescumque conditiones accipere, MUR., 73 etsi indignas [1].

Itaque Gallias cum infantulis liberis, uxoreque exulatum, seu mendicatum, pro tutiori liberiorique petere visum est. Quemadmodum autem receptus habitusque sit, illius comites, qui adfuere, longe melius recenserunt. Maiusculum e liberis, quem Ducem Calabriae declaraverat, Tarentum cum praesidio tenentem, Hispani obsederant. Tandem, conditionibus sibi praenotis, illorum dux, cui se crediderat, illico ad Ferdinandum regem Catholicum in Hispaniam misit: volentem, an invitum, hoc quoque ipsi sibi norint; cuius facti notitiam auctarium fuisse paternae calamitatis, nemo sanus dubitare potest [2]. Hoc statu et fortuna Turoni mortuus, et sepultus, cum ossa Neapolim deferri exposceret, negatum est [3]. Nec secum fati iniquitatem terminavit.

Quippe annuum salarium, eo statim mortuo, uxori viduae mulieri, ac orbis patre pueris subtractum est; cui etiam exeundi fines constituta est dies, certiorque facta a neutro regum aliquid ulterius subsidii se habituram. Quam in Mantuanum agrum ad Antoniae sororis suae, etiam viduae, iura se recepisse audivimus, ibique vitam ducere, qualem, qui aliena mercede et diurna liberalitate victitant. Nihil tamen perpetuum, sed ne anniversarium illi quidem a quoquam elargitur [4]. Hunc non modo Federici exitum, sed reliquorum, qui a primo Alphonso ad eum regnarunt, pensiculate singula expendenti, et invicem conferenti, praeponderasse tristitiam liquere credo; et laeta si quae arrisere, instabilitate tamen et brevitate adstipulata sunt Salomonis sententiae, omnia vana atque futilia dicentis. Quam sententiam confirmat Severus Romanorum princeps, qui, cum per civiles militaresque artes ad Imperium pervenisset, et rerum summa potitus fuisset, pro nihilo ducens subtristis exclamavit: *Omnia fui, et nihil expendi.*

Et ambagibus captionibusque ambiguis omissis, quod mortui infeliciter, misereque quamplurimi eorum sint; regnum resque omnes ad hostes devenerint, praevidentibus ipsis; omnia

---

4. integro *om. C e* MUR. — 5-6. publice *om. C e* MUR. — 14. ad regem *A* — 16. *C, seguito dal* MUR.: Hoc anno statu et fortuna spoliatus; *ma la lez. di A mi sembra da preferirsi* — 17. Haec nedum *A* — 22. ruri *A invece di* iura — 30. expedit *A* — 31-32. plerique *A*

[1] Papa Alessandro VI voleva che re Federico concedesse al proprio figlio Cesare, che da cardinal legato lo aveva incoronato in Capua il 10 agosto 1497, la mano della principessa Carlotta natagli dalla prima moglie Anna di Savoia. Il rifiuto di Federico, confermato dalla giovane principessa, che respinse con orrore la proposta, influì sulla rovina del sovrano aragonese.

[2] Ferdinando d'Aragona, duca di Calabria, fu inviato in Ispagna dal Gran Capitano, al quale si era arreso con la speranza di conservare la libertà. Cf. la *Vita di G. B. Spinelli* dello stesso Caracc. e la cit. op. del VOLPICELLA su *Federico d'Aragona*.

[3] Re Federico morì a Tours il 9 novembre 1504 e fu sepolto nella chiesa dei Minimi di Plessis-les-Tours. La tomba venne aperta e saccheggiata dagli Ugonotti durante le guerre di religione (1562).

[4] Dopo la morte di Federico la regina Isabella tornò in Italia ritirandosi a Gazzuolo Mantovano presso la sorella Antonia, vedova di Gian Francesco Gonzaga, fratello del marchese di Mantova, donde passò a Ferrara, ospite di quella Corte. Dei suoi figli, il primogenito Ferdinando visse a lungo a Valenza in Ispagna, dove sposò la vedova del re Cattolico Germana di Foix, Alfonso tornò in Francia ed ivi morì a Grénoble nel 1515, Cesare, dopo aver ricevuto la sua educazione nella corte di Mantova, si spense nel 1520, e le due figlie Giulia e Isabella morirono in Ispagna. Isabella Del Balzo finì la sua vita sventurata a Ferrara nell'aprile 1533 e fu ivi sepolta nella chiesa di santa Caterina. B. CROCE, *Isabella Del Balzo regina di Napoli in un inedito poema sincrono* (il *Balzino* di Ruggiero di Pazienza di Nardò) in Arch. stor. per le prov. nap. XXII, (1897), 632 sgg., e poi in *Storie e leggende napoletane*, 165 sgg., e F. CARABELLESE, *Andrea da Passano e la famiglia di Isabella Del Balzo d'Aragona*, ivi, XXIV (1899), 428 sgg..

denique fumo evanuisse celerius, nemo inficiari audebit. Talia sibi, qui magnus et felix videtur, meditari velim, noscatque principibus illis non defuisse opes, non vires, non consilium, quominus affinitatibus, amicitiisque stabilire firmareque etiam regni successionem possent; porro qualiter evanuerit, videat. Hominem ergo se ex iis noscat, et ne se impleat falsis innixus magnitudinis felicitatisque nominibus.

Statueram nostri tantum huius Regni revolutiones ac principum defectus recensere; sed et affinitatis copula fatique similitudo exire limitem, etsi non loci, non tamen temporis, ad aliena transire cogit. Quae diximus magna ex parte vidimus; quae dicturi sumus, relatu fidelium quidem narrabimus. Quare cum notissima proferemus, a mendacii suspicione tuti erimus.

Sfortiadum qui primus Mediolanum sibi paravit Franciscus fuit, insignis vir pace belloque, singularis autem virtute, quem si ad nos usque Deus incolumem servasset, ingentia mala, quae familiae suae et plerisque Italis evenere, avertisset. Hic Mediolanum adeptus paucis post annis, quam Alphonsus I Neapolim; siquidem hic Regnum anno salutis Christianae 1442 Mur., 74 auspicatus est; alter vero Ducatum anno' 1450: totidem fere annis, eodemque modo intersitis, quo ipsi regnare coeperant, filii desivere. Quippe vidimus Franciscum Mediolani florentem, magnum profecto referentem principem, et maioribus illis priscis comparandum; multis venustisque liberis laetum; aulamque eius omni nitoris genere fulgentem; consultissimum Senatum iurisdictioni praesidentem, nec inferiorem Conventum, cum transigeret cum principibus rebusque publicis negotia; numerosam insuper rei militaris manum, egregieque instructam, qua non modo suos fines tutari posset, sed alienis quoque terrori esse; eumdemque fultum et erectum magnificis validisque amicis, et affinitatibus magnis atque honestis, et hunc ipsum non diu post spectavimus male affectum valetudine.

Turgebat enim aqua intercute; vigor ille oculorum, quo maxime polluerat, vivacitatem alacritatemque perdiderat; os lividum et exangue spectabatur; armorum ludi, cantus, saltationum hilaritas, quibus maxime delectatus fuerat, toedio illi iam devenerant. Inerat successor non parum molestiae patri ingerens, de quo pessime ominabatur. Nec id amicos celabat moerens; praetendebat etiam egestatem, se exhaustum obaeratumque Neapolitani Regni proximo bello, quaerens militum stipendia: quare familiam minus solito elegantique cultu ornatam videres, aulamque reliquam, pristinae collatam, rudem et impolitam; subsquallebant enim subtractis salariis et donis, quibus illi commodius vivere solebant. Urgebat illum insuper assidua, veluti captivi redemptio. Noverat enim Gallorum princeps Franciscum ducem maxime timere, et cavere ne, si quid petiisset, denegaret. Quare non desistebat subinde mutuum sine restitutione exposcere, quod licet ingratis, praestabat tamen aliquid, quod etiam nominibus ad praefinitum tempus non respondere dicebatur. Hoc in statu decessit; felix, an secus, exactiori iudicio relinquamus [1].

Successor Galeatius, qui patrem de se male opinantem vexaverat, varie dissimiliterque in utraque parte se gessit, neutri satis constans. Et hic ipse velut victima a domesticis frequenti multitudine in ipso templo suffossus est. Qualem vixisse credimus, quem timor

---

3. firmareque *om.* Mur. — 4-5. innixus *om. C e* Mur. — 9. quoniam *C e* Mur. — 10. comparavit *C e* Mur. — 11. et singularis virtutis *C e* Mur. — 12. et plerisque Italis *om. C e* Mur. — 15. vidimus *om. C e* Mur.

[1] Commentando l'ascesa di Francesco Sforza, Enea Silvio Piccolomini scrisse così: " Così vanno le " umane cose; il regno di Lombardia, terra assai ricca, " passò in mano degli Sforza, mentre a memoria nostra " i padri loro possedettero appena tanta terra, quanto " era possibile arare con le proprie mani. Le cose in " fime divengono somme, le somme infime: ecco quanto " piace a natura. Tuttavia raramente senza virtù da una " povera casa s'ascende ad un trono! Con diligenza, con " fortezza, con retto provvedere si acquistano gli imperi; " con inerzia, con ignavia e con negligenza si perdono ". G. Lesca, *I Commentarii Rerum Memorabilium, quae temporibus suis contigerunt di Enea Silvio dei Piccolomini*, Pisa, 1894, p. 284. Altrove lo disse " unico al tempo " nostro per doti di animo e di corpo eccellenti " e lo giudicò uno degli uomini più fortunati del mondo, *ivi*, p. 282. Il Caracc. carica alquanto le tinte nel descrivere le disgrazie del duca di Milano e lo fa per aggiungere argomenti a sostegno della sua tesi. Per il suo giudizio sullo Sforza v. quanto dice a p. 33.

interna loricula munitum prodire cogebat? Cuius rei non ignarus percussor, non pectus, sed inguina iteratis ictibus repetiit. Infantem filium, qui remanserat, mater patruique alendum, tutandumque susceperunt. Bone Jesu! quam brevi concordia id egerunt! Quippe divulsa in partes domo, modo uxor laeviris insidias parat, modove factionis metu fugere compellit, ipsaque in fuga unus eorum rapidi fluminis transitu mersus et obrutus est [1].

Rediensque mox Ludovicus exilio, de patria deque eius fautoribus poenas abunde sumpsit; puerum arcesque in suam potestatem tutelamque suscepit, diuque pro tutela imperio usus est. Tandem dux idem fratrisque filius, cuius tutela gerebatur, moritur, constante fama, quod a patruo veneno sit extinctus; quod verisimilius factum est, cum statim se declarari ducem voluit, extante filio perempti ducis [2]. Et Ludovicum eiusmodi patratorem audivimus, hostium vim populique inconstantiam veritum, Mediolano aufugisse, omneque imperium, et arces tam munitas, tamque de se benemeritis ad tutandum traditas, nulla cunctatione hosti proditas, et si revocatus' est Mediolanensium favore, sui tamen maximo exitio. Revocave- Mur., 75 rant enim eum odio Gallorum, et speraverant plerosque eadem de causa facinus secuturos suum. Quod minime evenit. Quippe ostensum est, quam Gallorum odium non minus reliquorum, quam Mediolanensium fuerit; sed timore detenti, ne illos sequerentur, inhibiti. Cumque neminem sibi auxilium afferre conspiceret, exercitu Mediolani comparato, pergit ire obviam Gallorum copiis ad arcem obsidione liberandam adventantibus. Dumque brevi castra e regione consedissent, ecce Helvetiorum manus, perfidissima conducta, et hactenus habita, eum hosti tradidit, quem partium adversarum duces una cum parvulo ex fratre pronepote, apposita custodia, ad suum regem in Gallias misere. Finem illorum expectatum brevius referemus. Alter eorum, Ludovicus scilicet, carcere detentus, noctu caveam intrare ferream, instar ferae, cogebatur; talique statu decessit. Alterum nepotem inaudito modo, ne gigneret, emascularunt, non esectis quidem testibus, sed sacris initiato, utque perpetuo celebs, et ut ita dicam claustralis viveret [3].

Habetis Sfortiadum magnitudinis et regni originem et terminum; quamque fuerit brevis, qui ne hominis quidem senioris aetatem excesserit, quamve regnum illud fuerit varium et exercitatum, quantisque periculis, et infamia laboraverit, qui propius astitere, dicant. Nulla enim scribi potest tam saeva scelestaque tragoedia, cui domus illa non copiosam materiam suffecisset. Fuerint utinam documento felicitate elatis, et arrogantibus, qui ne ipsi quidem Deo accepta referunt, duarum exitus familiarum, quas retulimus; quarum principes dum ex se suaque prudentia et consilio regere autumantes, et augere imperium posse, interim divinum exposcere auxilium negligunt, et ea mentis caecitate plectuntur, ut uterque utrique invidens, nec alter alterum augeri permittens, se invicem perdidere, hostibus facillime praebita opportunitate. Nec mirum videri debet, tot Italicas gentes principatibus defectas me praeteriisse, cum in animo fuerit nullam exterarum recensere. Quid enim me traxerit ad Sfortiarum mentionem, iam dixi. Revertar ergo ad propiora, et magis nota, utpote quae nos afficere, et in memoriam nostrae imbecillitatis efficacius ducere valeant. Regum igitur

---

9. quando statim *C e* Mur. — 12. Mur. *om.* ad tutandum, *che è nei codd.* — 12-13. hostibus praebitas *C e* Mur. — 14. sperabant *C e* Mur. — 15. Quippe ostensum est quanti sit metus cum *A* — 19. pro fidissima *C e* Mur. — 20. tradit Mur. *contro i mss.* — 24. sacrorum initiatio *A* — 25. esset *C e* Mur. — 29. posset *C e* Mur. — 30. elargiretur *A* - subegisset *C* — 31. harum Mur. — 33. et neuter *A* — 36. quoniam .... fuerat *C e* Mur. - nil exterum *C e* Mur.

[1] Il Caracc. ha buon gioco nel ricordare la tragica morte di Galeazzo Maria Sforza. Ottaviano Sforza, fratello del duca, morì annegato nell'Adda, mentre cercava di mettersi in salvo dalla vendetta della duchessa vedova, contro la quale aveva cospirato.

[2] Si credeva un tempo che Ludovico il Moro avesse propinato del veleno al nipote Gian Galeazzo, ma il fatto è tutt'altro che provato. Nè vale il dire che il Moro si fece dichiarare duca, nonostante la presenza del figlio cinquenne del defunto principe, perchè era stato investito del ducato prima che questi morisse.

[3] Francesco Sforza, il "duchetto", fu condotto dai Francesi oltre Alpi e relegato nel cenobio di Marmontier in Turenna.

enarratis inconstantis fallacisque vitae eventibus, par est, qui primi ab ipsis sunt, citare. Ii profecto principes habentur, non regio tamen orti genere.

Horum maximus, quos aetas nostra tulit, Joannes Antonius Ursinus exstitit, quem plerique eius tempestatis viri faustum felicemque clamabant [1]. Spectabant enim suos adeo produxisse fines, ut Tarento digredienti liceret quotidie in suas arces locaque divertere, donec Neapolim perveniret; ducatus et comitatus tot sibi congregasse, ut singulorum enarratio fastidium audientibus generare posset; quin etiam principatu militiae, quem nostri Magnum Comestabulatum vocant, pollere, e septem viris, qui regi in solio ardui aliquid molituro adesse debent, facile princeps. His tot prosperis specie tenus prospectis, facile erat talem aestimare, si non pressius rem et vitam taxare inspicereque vellent; invenirent nimirum, unde iudicium mutarent. Ne vero inscii errent, quod de illo cognovimus, fideliter referemus.

Mur., 70 Is puer relictus a patre,' cuius tutelam Maria mater gerebat: haec mox in suspicionem venit alienati a Ladislao rege animi, versique in Andegavensem ducem illius aemulum. Ut vero tanto discrimini occurreret (plurimum enim intererat Tarenti amissio) rex festinans Tarentum cum Maria liberisque obsedit. Tandem Mariam regi matrimonio sibi iungi visum est. Quo peracto, receptis arcibus, uxorem Neapolim cum pueris transtulit; ubi uxorem, non ut ex animo ductam habuit, illiusque filios et suos privignos pro obsidibus custodiri iussit. Hinc ordiri felicitatem coepit. Mortuo vero Ladislao, Mariae nuper reginae, ut se filiosque liberos assereret, recuperandique suum, liberorumque patrimonium facultas daretur, visum est cuidam, privato quidem, sed principi suo percaro, uxorem dare filiam, atque illa oppida et patrimonii partem genero, etsi nobili, sed nihil ad filiae natales, donare: quae non sine aliqua nominis diminutione, et inter ingratos, facta haberi possent [2].

Qui Joannes Antonius cum adolevisset, et res per se ageret, et ad officium reginae Neapoli adesset, adeo ne caperetur expavit, ut ex Capuanae Arcis promurali se praecipi-

---

5. aedes *C*, *seguito dal* Mur. — 8. magnum *om.* *C e* Mur. — 15. liberis *C e* Mur. — 20. cuique *A C* — 21-22. quod .... posset *C*

[1] Giovanni Antonio Del Balzo Orsini nacque da Maria d'Enghien e da Raimondo principe di Taranto. Aveva dodici anni quando, morto il padre (1405), fu investito di quel principato dai delegati di Luigi II d'Angiò. Allorchè la madre divenne moglie del re Ladislao, la seguì a Napoli, dove rimase anche sotto Giovanna II, finchè questa regina restituì a Maria d'Enghien la contea di Lecce. Colà, nel settembre 1417, sposò Anna di Giordano Colonna nipote di Martino V. Giovanna II lo creò suo consigliere e più tardi (4 maggio 1420) gli restituì il principato di Taranto ed egli le fu fedele nella guerra contro Luigi III d'Angiò, ma, dopo di essersi arricchito, a spese della Corte, di feudi e di averi, sì da diventare il più potente signore del Regno, aderì ad Alfonso d'Aragona. Dichiarato ribelle, si difese strenuamente contro le milizie di Luigi III e del Caldora, finchè, ricevuti soccorsi dal re Alfonso, che lo nominò Gran connestabile, prevalse sugli avversari. Nella guerra contro Renato d'Angiò seguì le parti dell'Aragonese, militando col quale fu fatto prigioniero a Ponza e poi di nuovo, due anni dopo, dal patriarca di Alessandria Giovanni Vitelleschi (1437). Raggiunse dopo la vittoria di re Alfonso il massimo della potenza e in una relazione del tempo si legge che possedeva più di 400 castelli, cominciando dalla " porta del Mercato de Napoli " e per quindici "giornate" di cammino fino al capo di Santa Maria di Leuca, ossia per " quattrocento miglia e più ". Fra le principali " terre " da lui possedute erano, oltre Taranto, Brindisi, Lecce, Copertino, Otranto, Nardò, Matera, Gallipoli, Isola di mare, Oria, Mesagne, Ostuni, Altamura, Minervino, San Pietro in Galatina, Massafra, Laterza, Castellaneta, Grottaglie, Ugento, Casalnuovo, Polignano, Ascoli di Capitanata, Rutigliano, Conversano, Gravina, Acerra, Marignano, Calitri. " Item ha " sotto di sè pigliato tutto lo ducato de Bari da poi " la morte de messer Jacopuzo Caldora " (C. Foucard, *Descrizione della città di Napoli e statistica del Regno nel 1444*, in Arch. stor. per la prov. napolet, II (1877), 730 sgg.). Tanta potenza, accresciuta dalle nozze di Isabella di Chiaramonte, sua nipote, col principe ereditario Ferrante (1446), lo indusse a ribellarsi al re; per tenere in iscacco quest'ultimo, sostenne infatti contro di lui Giovanni d'Angiò. Ma, vinto e costretto a sottomettersi, morì nel castello di Altamura il 15 novembre 1463. F. Sansovino, *L'Historia di Casa Orsina*, Venezia, 1565 e dello stesso a. *Degli Huomini illustri della Casa Orsina libri quattro*, ivi, 1565, con ritr. del principe di Taranto; P. Litta, *Famiglie celebri*, VII, *Orsini di Roma*, tav. XII; A. Cutolo, *Maria d'Enghien*, Napoli, 1929.

[2] Giacomo de la Marche, marito di Giovanna II, per rafforzare l'elemento francese nel Regno, fece concedere in moglie a Tristano di Chiaromonte la figlia di Maria d'Enghien, Caterina, che portò in dote la contea di Copertino.

tare non haesitaverit. Sic externatus fuga citissima, subinde respectans adesse, qui se vinctum retraherent, oberrans, non ante requievit, quam ad matrem domumque pervenit. Non diu post, exigente aetate, naturaque stimulante, coepit arma tractare, seque ducem gerere; quare suspectum reginae se fecit, quae decrevit illum omnino perdere. Tribus ergo brevi comparatis exercitibus, ad delendum eum tres duces misit: Ludovicum scilicet adscitum in filium cum suis copiis, legatum ex regia, qui praetoriis imperaret, et Jacobum Caudolam sua cum manu, ducem ea tempestate eximium, qui brevi maximam civitatum et castrorum partem illi abstulerunt. Restabat Tarentum paucis cum munitis fidisque oppidis, quae facile eadem illa aestate amisisset, nisi peropportune reginae mors intercessisset. Quare expectatio maioris motus duces et exercitus distraxit, et ut sua quisque peteret, effecit. Sic obsidione solutus brevi ablata recepit, revocatis praesidiis, eorum ducibus propriora curantibus [1].

Deinde Alphonsi regis bello, cuius partes sequebatur, a legato Eugenii pontificis profligatus et captus, ac diligenti custodia servatus; ubi profecto, aut perpetuo, aut diutius mansisset, nisi legatus veritus aemulorum principis, sublato eo, potentiam, ut esset, quem aliquando illis obicere posset, eum liberasset [2]. Tandem cum Alphonsus, Regno potitus, illo praecipuo adiutore, triumphare vellet, illo pompae die coeperunt inter se simultates, cum praecedere currum dedignaretur, ne de se etiam triumphare videretur, qui victoriae comes vel praecipuus exstitisset, et tantum ad victoriam contulisset [3]. Peracto deinde Neapoli conventu, Tarentum illico petiit, eo animo, ut quemadmodum re ostendit, non aulam et regem ulterius adiret. Deinceps semper anxie timideque vixisse fertur. Nec cessavit subinde muneribus regem palpare, et illius purpuratis et caris annua salaria pendere, ut essent, qui consilia et animum in se regis deferre possent, quo sibi cavere, rebusque suis facilius, explorato regis animo, consulere posset [4].

Interea exitiale odium inter ipsum Pyrrhumque Baucium, neptis ex fratre virum, Venusiique ducem oritur, quo adeo commotus est, sive causa, sive praetextus fuerit, ut postea a Ferdinando deficeret, tamquam a Pyrrhi fautore: unde certe tot ingentia mala et privata et publica prodiisse vidimus [5]. Indubium est, quibus etiam verminibus tortum fuisse vidimus, cum praesens spectare Jachettum a secretis, quem pro se ad regem miserat, donis et pollicitationibus corruptum sibi exitium intentantem. Quod cum sciret, aut pro comperto haberet, ridere et iocari conspiceretur, dissimulareque rem, odium et ultionem supprimere regis metu cogeretur, ad illius mortem; de qua certior factus, arripi statim hominem iussit, saevissimeque torqueri; deinde per oppidum vicatim raptari, postremo in partes distrahi, illasque in terroris spectaculum frequentioribus urbis locis attolli, minime dissimulata causa, et fortunas, Mur., 77

1. adesse *om.* C — 3. agere *A* — 6. praetorio *C e* Mur. - Iacobum *om.* *A* — 9. aetate *invece di* aestate Mur. — 14. potentiam *om.* *C* — 15. potissimum *C e* Mur. — 17-18. victoriae comes, vel praecipuus *A*; particeps *C e in margine* alibi praecipuus, *parole introdotte per errore nel testo muratoriano* — 21. *A aggiunge* non modo *dopo* regem - et caris *om.* *C e* Mur. — 26. *A aggiunge* secuta *dopo* mala — 31. *C e* Mur. *aggiunsero* deinde *dopo* cogeretur; Gravier *lo tolse*

[1] Luigi III d'Angiò, che era stato adottato da Giovanna II, e Giacomo Caldora andarono contro il principe di Taranto. N. F. Faraglia, *Storia della regina Giovanna II d'Angiò*, Lanciano, 1904, 408 sgg.

[2] La cattura del principe di Taranto avvenne nei pressi del casale di San Nicola nella Irpinia (1437). Sorpreso da un improvviso attacco del Vitelleschi, l'Orsini cercò scampo nella fuga, ma, caduto da cavallo, venne preso prigioniero. Il legato pontificio lo trattò bene, sperando di tirarlo dalla parte sua, ma il principe rimase fedele al re. N. F. Faraglia, *Storia della lotta tra Alfonso V d'Aragona e Renato d'Angiò*, Lanciano, 1908, p. 97.

[3] Nel giorno del trionfo di Alfonso, il principe di Taranto *seguì* il re con gli altri baroni, mentre, per grandezza di stato e importanza della parte avuta nella guerra di conquista, credeva di poter stare alla pari col sovrano. G. M. Monti, *op. cit.*

[4] Il principe di Taranto, diffidando del re, cercava di esplorarne i sentimenti col mandargli doni e corrompere coloro che lo attorniavano.

[5] Pirro Del Balzo, duca di Venosa, sposò Maria Donata Orsini Del Balzo, nipote del principe di Taranto per parte del padre Gabriele. Nella guerra tra Ferdinando d'Aragona e Giovanni d'Angiò fu fedele al primo, mentre quest'ultimo venne sostenuto dall'Orsini. E. Nunziante, *I primi anni di Ferdinando d'Aragona e l'invasione di Giovanni d'Angiò*, Napoli, 1898.

quibus maxime illum locupletaverat, etiam publicari voluit [1]. Bello etenim, quod in Ferdinandum agebat, quam saepissime miserrime queri visus est, pecuniam, quam tanta cura industriaque cumulaverat, stipendio latronum in alienam utilitatem dispergi, miserrimum se queritans.

Finem quoque nihilo vita quietiorem audivimus, cui etiam aegro necesse fuerit valetudinem simulare, et per loca gravia, palustria, insalubria, modo exercitui commoda, exercitum ducere, sicque ingravescente morbo invitus Altamuram concessit, ubi brevissime moritur, non citra famam elisi corporis lapsu: quod quamquam multi, qui id rescire poterant, negabant, verum repente minimeque observatum decessisse volebant, et nil prorsus de se deque successione cavisse. Principatum, gazam, militem, denique quae illius fuerant omnia, ad quem minime voluisset, devenisse cognovimus: adeo mors una illum suaque finiit, ut plerisque, an fuerit, hodie ignoretur. Narrentur deinceps defectae familiae, et quarum ingentia patrimonia ad alios devenere, nec etiam supersunt, qui vel paterno, vel avito iure illa repetere possent. Horum lapsum, et unde deciderint, demonstrasse ad propositum sat fore credimus; historiam enim minime attingimus. Recensebimus tamen, quae ipsi vidimus, ut liquidius percipi possit veritas varietatis volubilitatisque rerum, et quam multiplicia omni aevo, universoque orbi contingere potuerint, quando in huius hominis aetate, tamque in angusto orbis angulo, successisse tanta spectavimus.

Martianorum familiam inclytam potentemque diu in Regno extitisse nemo est, qui ignorat, modo vel parum res nostras noverit; gessisse magistratus praeclaros, ducatus et oppida possedisse maxima et plurima; longaque serie dignitatum fortunarumque magnarum devenisse rem omnem ad Johannem Antonium Martianum Suessae ducem, Regnique Admiratum, qui e septem magistratibus alter a primo habetur [2]. Inerat ei filius Marinus, Rossani princeps, qui ingentem nobilemque dominatum materna successione possidebat. Satis duxi ex plurimis eius titulis maximos ostendisse; ne, si forte singulos percensere voluissem, multitudine forsan et fastidio, viles illos reddidissem. Iuverat dux ipse plurimum Alphonsi partes, tum praesenti officio, tum opportunitate dominatus, quo non parum ad victoriam facul-
Mur., 78 tatis habuit; de cu'ius ingratitudine maxime tristis et moerens lamentabatur, ne oppidulo quidem ea victoria auctum se asserens, quin potius, ut suam fidem liberaret, pecuniam, quam bellorum subsidio hinc inde foeneratus fuerat, divenditis paternis praediis, solvere cum foenore oportuerit. Nec minori sollicitudine domui suae vacare licuit. Cum uxore Marini matre perpetuo discors vixit, quae etiam capitis illum accusare apud reginam affinem suam non sit verita: qua mortua, ad sua in Calabriam divertit. Dux vero Suessae perstitit, uterque

3. *A aggiunge* et ob id *dopo* dispergi — 5. vidimus Mur.; *om. C* — 6-7. militem ductare *A* — 12. narrabuntur Gravier — 13. alienos *A C* — 16. varietas volubilitasque *A* — 22. Sinuessae *A C, che è un'altra città e corrisponde presso a poco a Mondragone* — 26. Innuerat *A* — 30. patriis *A*

[1] Giachetto o Giacchetto Mangrabeto di Gallipoli, signore di Balenzano e segretario del principe di Taranto, si lasciò corrompere dal re e meditò di disfarsi del suo padrone. Il quale, accortosi della cosa, dissimulò di non volerne far nulla, sino a quando, morto Alfonso, ordinò che il traditore fosse ucciso, che il cadavere si facesse a pezzi e questi si esponessero nelle varie città che possedeva.

[2] Giovanni Antonio Marzano, figlio di Jacopo e di Caterina Sanseverino, successe al padre nel ducato di Sessa e nell'ufficio di Grande ammiraglio. Sposò Covella Ruffo contessa di Montalto, con la quale venne in dissidio per gelosia di dominio al segno da esserne accusato di tradimento presso Giovanna II. Nella guerra contro Renato d'Angiò favorì Alfonso d'Aragona, col quale fu fatto prigioniero nella battaglia navale di Ponza. Intervenne nel trionfo celebrato dal re nel 1443 e nel parlamento di Benevento propose che ciascuna famiglia o "fuoco" del Regno gli pagasse l'imposta di un ducato all'anno e che Ferrante d'Aragona, bastardo di Alfonso, fosse dichiarato erede del Regno, con rimanere i baroni esenti dal pagamento dell'*adoa*, quando non militassero di persona con le proprie genti nelle guerre condotte dal re, ed essere invece provvisti del mero e misto impero nei feudi. Morì nel 1453 e fu sepolto nella chiesa di san Francesco in Sessa. G. B. Marzano, *Memorie storiche intorno alla famiglia Marzano*, in Giornale Araldico, II (1874) e Faraglia, *op. cit.*

propria curaturus. Nulla interim de coniugio cura. Sed ne Marinus quidem filius, adeptus maternas fortunas, paterna cum dignitate coluit. Quippe fretus regis affinitate (nam illius filiam duxerat) illum vexare non desistebat, tentans patris subditis ante tempus dominari, ostentans se brevi patri seniori successurum; interim melius per se res administrari posse.

Quibus perspectis, tutius patri visum est uxorem sibi, illique novercam inducere, sicque timorem filio incutere liberorum ex recenti uxoris susceptione [1]. Haec non ab re dicta putentur; sed cum viderint ducem hunc sua in re mortuum, filioque herede, noscant etiam vitam egisse laboriosam, aerumnarumque plenam. Nam pergrave tulisse credimus, cum se ad ius trahi etiam a subditis, permittente rege, videret; tamque minimi ab eo fieri, ut ne suis quidem libere moderari posset. Noscant etiam, qui tantum bona noverant, hunc pueritiae et adolescentiae partem in carcere egisse, adeoque ignominiose habitum, ut ne sororis quidem pudicitiae parsum sit; quin etiam veneno tentatum, quod eum perpetuo alvei profluvio affecerit, cum morte nequiverit. Decessit Suessae, superstite Marino universorum herede; e secunda enim uxore liberorum nil tulerat.

Marini huius vitam laboriosam, anxiam, suspicionis timorisque plenam, et finem miserabilem plerique meminisse possunt, quibus propter aetatem licuit. Marinum hunc afflictis partibus ingratis in hostis sui regis arbitrium devenisse novimus. Is mox carceri traditus est, ubi xxx annis cum filio detentus, inde eductus, ad quod mortis genus vulgo non liquet: tamen nisi saevum et truculentum, existimari non datur. Huius filius Joannes misellus a crepundiis carceri addictus, ubi paene consenuit, evenit, ut volubilitate rerum inde exiret; sed ea libertate parum profecit. Quippe brevi iterum captus, iterumque dimissus, et cum eadem ingratitudine principum, quibus fideliter inservierat, alieno victitare pane coactus est. Et ne sic inops vagaretur, liberalitas Joannis Jordani Ursini effecit, qui in sua eum vocavit, tradiditque castrum unum, cuius censu se suosque sustentare posset. Ubi non diu post obiit, pressus multo aere alieno; sed princeps ille, qui praebuerat victum, curavit etiam funus [2]. Tanta tamque praeclara familia, totque civitatum, atque oppidorum domina, in hoc defecit; nec superest, qui illius nomine censeatur. Fortunas et principatus non ad unum aliquem devenisse, sed in multos distractos cernimus. Et hic finis Martianorum.

Perscrutemur et alias familias, quarum magnos et potentes viros vidimus, qui hodie ignorantur, an fuerint, cum videantur eorum res per alienos possideri. Raymundum Ursinum Nolae comitem Salernique principem, plerisque aliis titulis clarum, insuper Regni Iustitiae Magisterio e septem magistratibus facile primo, aut certe secundo, quem sibi vivere deliciose fama erat, non semel vidimus permoestum afflictumque, praecipue cum filiolum, spem tantae Mur., 79

---

7. sua in aede *C e a margine*: alibi legimus re; Mur. = *A* - filiumque aeredem Mur. *e così C, che ha in margine*: alibi legitur filioque herede — 17. novimus. Is *C om.*

[1] Morta Covella Ruffo, Giovannantonio Marzano sposò Francesca Orsini dei conti di Manopello, dalla quale ebbe un altro figliuolo Altobello. G. B. Marzano, *op. cit.*, p. 13.

[2] Marino Marzano nacque da Giovanni Antonio Grande ammiraglio del Regno e da Covella Ruffo contessa di Montalto e sposò Eleonora d'Aragona sorella di Ferrante, ottenendo da re Alfonso il principato di Rossano e il ducato di Squillace, che, uniti al ducato paterno di Sessa e alle signorie di Paola e di Fuscaldo conferitegli dallo stesso sovrano, formarono uno dei più vasti e potenti feudi del regno. Alla morte del padre (1453) diventò inoltre Grande ammiraglio. Fedele prima agli Aragonesi, si volse poi contro Ferrante, favorendo il pretendente angioino. Dopo una lotta movimentata e piena di vicende drammatiche, aderì a venire a patti col sovrano, ma, catturato a tradimento, fu rinchiuso in Castelnuovo, dove rimase prigioniero lunghi anni (1464). Nel 1494, ossia dopo trenta anni di prigionia, il Marzano fu cavato dalle segrete del castello e menato ad Ischia, dove, al dire del Commynes, venne massacrato con altri infelici a colpi di mazza assestatigli sul capo da un moro di Africa. Il figlio Giovan Battista, rinchiuso con lui in carcere nella tenera età di cinque anni, e liberato, al sopraggiungere dei Francesi, nel 1495, militò con costoro fino a quando, rimasti vincitori gli Spagnuoli, uscì dal Regno, rifugiandosi presso Giovan Giordano Orsini. Morì esule a Bracciano il 7 agosto 1508. G. B. Marzano, *op. cit.*; L. Volpicella, *Note bibliografiche* al *Liber Instructionum* di Ferdinando I, Napoli 1916, pp. 359-363 coi riferimenti annessi.

successionis, quem in specimen formae et pulcritudinis ostentabat, intempestive raptum lugeret, indeque dissidium ab uxore perpetuum; desperans enim ulterius ab ea se liberos suscepturum, ad amicas spuriosque vertit animum: ex quo dissuta dominatus pars. Amalfiae ducatus, quem rex tamquam affini tradiderat in dotem, ad eam a viro discrete viventem revertit. Praevenit et hic morte sua domus excidium. Nam cum nothis filiis oppida, civitates, reliquasque fortunas testamento divisisset, brevi ex omni possessione decedere, nemoque eorum ne lapidem quidem tantae successionis detinere noscitur; et si aliquid per Ursinorum gentem, non utique ex Raymundi linea, vel voluntate [1].

Admonet me profecto locorum propinquitas, quam reor perpetuo inter vicinos discordiarum causam extitisse, ut mentionem faciam Honorati Gaietani, enarrato iam Marini Martiani domusque eius exitu. Vidimus enim ipsum Honoratum Fundorum comitem in mortem usque inter fausta feliciaque versari. Erat enim affabilis vir, assiduusque regum comes; exhilarabat non modo sua comitate et humanitate regiam, verum et civitatem omnem. Qui cum militiae domique perpetuo regibus adhaesisset, ingentem sibi et gratiam, et rem comparavit, auxitque se plurimum. Domum splendide ornavit attalicis vestibus, aureis et argenteis escariis potoriisque vasibus; et ad ostendendam magnificentiam multa plurifariam duci et effingi curavit. Sua uxorisque indumenta serico auroque contexta; regium in morem torques; murenulasque aureas, lapillis gemmisque splendidas atque distinctas; stolam ad talos dimissam conspersam margaritis unionibusque videbamus. Aedificia multa, et privata sibi, et publica sacris in aedibus non pauca, in quibus sculpta auctoris insignia cernimus, construxit. Ad haec tot humana blandimenta, fallacisque vitae delicias, seu potius deliramenta, suspende iudicium, donec alteram vitae partem noveris.

Natus est Honoratus matre impari, quam tamen pater allectus amore liberorum, quos ex illa susceperat, uxorem duxit. Adeptus est Fundorum Comitatum, quem ad patruelem deventurum iure sciebat, non sine impietatis nota. Quod ne ad ulciscendum perquireretur, favore germani ab Alphonso rege plurimum dilecti factum est, ut etiam post patris mortem succederet. Comitem deinde, quoties infirmitate partium, quas sectabatur, in discrimen sui fortunarumque devenisse vidimus! Novissime bello, quod Ferdinandus cum Andegavense gessit, ad id deducta res eius est attritu partium, ut a Ferdinando steterit vel solus, quia hostis nullis conditionibus eum admittere voluerit, in gratiam illorum, qui Honorati dominium sibi deberi praeoptaverant. Victore demum Ferdinando, maior emerserat. Et ecce Trajecti comes illi primogenitus moritur, marem nullum relinquens filium. Non diu post, seu de filio alio male opinans, seu amore percitus, uxorem delegit equestrem quidem genere, forma tamen maxime placentem. Stetit ergo aliquamdiu quietus, quietis Ferdinandi rebus,
Mur., 80 aut suppressis' odiis quieti similibus.

4. tamquam *om. C e* Mur. — 7. Mur. *om.* quidem *che è nei codd.* — 18. contextas *C invece di* splendidas *mentre A l'om.* - togam *invece di* stolam *C, seguito dal* Mur. — 20. cernuntur *C seguito dal* Mur. — 23. impura *C e a margine:* alibi impari; Mur. = *A* — 24. Fundanum *C, seguito dal* Mur. — 24-25. deventum *C e a margine*: alibi deventurum; Mur. = *A* — 27. sequebatur *C e* Mur. — 29. ad id devenisse res eius visa est *C, seguito dal* Mur. — 32. Non multo *C e* Mur. — 33. cogitans *C e* Mur. — 34. Haec fuit Catharina Pignatella *A in margine - A aggiunge dopo* rebus, et domus quieta

[1] Raimondo Orsini, conte di Nola e principe di Salerno, figlio di Pirro, privo originariamente di feudi perchè il padre ne era stato spogliato da re Ladislao, ottenne da Giovanna II la contea di Nola e la carica di Gran giustiziere allorchè sposò la sorella di Sergianni Caracciolo, Isabella (1418), e da Alfonso d'Aragona il principato di Salerno e il ducato di Amalfi, quando, rimasto vedovo della prima moglie, sposò Eleonora di Giacomo d'Aragona conte di Urgel. Due figli maschi legittimi, Giovanni e Pirro, morirono in età infantile. Ebbe invece alcuni figliuoli naturali, ai quali re Alfonso concesse che dividesse i suoi feudi. E così Felice diventò principe di Salerno e conte di Nola, Giordano fu conte di Atripalda e Daniele ebbe la contea di Sarno e il ducato di Amalfi. Ma, essendosi ribellati a re Ferrante, vennero tutti privati delle terre che possedevano. Raimondo morì nel 1459. P. Litta, *Famiglie celebri*, VIII, *Orsini di Roma*, tav. XI.

Ut vero status Regni turbari coeptus est, et Regnum regemque hostes vexare, sic eius familia velut furiis agitari, et filium, tamquam hosti se traditurum, odisse coepit; e regione filium capi a patre, et exheredari insimulans, quod famulitium, praefectosque arcium partim minis, partim occultis pollicitationibus ad se trahere satagebat. E contra pater, illi ne obsequerentur, cavere, et apud regem illum insimulare non desistebat. Tandem cum iam domus simultates et odia continere amplius non posset, oporteretque illa se propalare, essetque filius in regis officio, occulte a rege petiit, ut filium caperet, arctaeque custodiae demandaret. Cui respondisse fertur, minime id sibi videri conducere honestati, nec forsan utilitati suae: proinde opperiendum, an dies illi de erroribus filii satisfaceret, et sic posse consultius rem transigere. Cuius minime acquievit consilio; sed instantius idem expostulantem iterum rex orare comitem non destitit, ut rei conditionem velit bene perpendere. Si enim capiendo filium ei indulserit, adimet profecto et illi poenitendi facultatem; quoniam si semel vinxerit, non fore ulterius sibi integrum dimittere, tum propter iudicii inconstantiam, quia aut quod inique ceperit, aut quod leviter liberaverit, utrumque ne incurrat, vitandum: tum non esse illum ipsi patri caritatem exhibiturum, neque ipsi regi praestituram fidem carceris et iniuriae memorem. Quibus acceptis, magis excanduit, remissis statim, qui animum suum principi patefacerent, obtestarenturque per obsequia illi praestita, per fidem spemque de illo conceptam, ne ulterius natum intercipere moraretur. Quod voluit, impetravit; filiumque eodem carcere, quo mancipatus est, decessisse audivimus. Erant, qui ipsum regem narrantem audirent, se ad id non voluntarie, sed patris impulsu, cui plurimum debere fatebatur, devenisse. Erat iam Honoratus natu grandior, et nomen habens uxoris, quare pleraque illius arbitrio, maxime post filii captivitatem, dicebatur administrare. Iis vitae conditionibus Fundis moritur, infantulo captivi filio successore, qui paulo post supellectili tam nobili pretiosaque, totque pecuniis, nunc hac, nunc illa de causa exutus est: quae cuncta ad regem translata sunt. Quid? quod Comitatus, reliquaque sua oppida per perpetuos familiae hostes, cum quibus exitiales simultates sui maiores exercuerant, detineri noscuntur, nepote omnino avorum patrimonio extorre, licet ducatus titulum, et oppida, et non pauca sui patrimonii possidere videatur. Hoc profecto totius vitae cursu poterit aequus arbiter de hominis felicitate verius ferre sententiam [1].

---

3. *A e C om.* quod *e così il* Gravier — 12. Mur. *e i mss. om.* ei, *che è nel* Gravier — 17. obtestarenturque *A e C e a margine*: alibi obstentarenturque — 18-19. eodem die quo mancipatus est *A* — 19. decessisse *A e C*; defecisse Gravier — 19-20. Mur. *om.* audirent, *che è nei mss. e nel* Gravier

[1] Onorato Gaetani, conte di Fondi dal maggio 1441, nacque da Cristoforo e Giovannella Del Forno. Fedelissimo ai re aragonesi, Alfonso e Ferdinando, dai quali ottenne onori e uffici, e ai quali rese importanti servigi e prestò, specialmente al secondo, cospicue somme di danaro, fu uno dei personaggi più in vista della Corte napoletana. Rivale di Marino Marzano, i feudi del quale erano limitrofi ai suoi, procedette, per ordine del re, alla cattura di lui (8 giugno 1464). Amante della magnificenza e del lusso, adornò la casa di ricca suppellettile. Possedeva inoltre gioie e vesti splendidissime, con le quali ricevette solennemente l'imperatore Federico III allorchè con la moglie Eleonora andò a visitare il re Alfonso a Napoli. Sposò in prime nozze Francesca di Capua, dalla quale ebbe Baldassarre, che gli premorì, e Pier Bernardino. Rimasto vedovo, si unì in matrimonio, essendo già molto avanti negli anni, con Caterina Pignatelli, dalla quale non ebbe figli. Venuto in aspro dissidio con Pier Bernardino, ottenne da re Ferrante che lo facesse arrestare come reo di fellonia e successivamente lo diseredò, chiamando a succedere nei suoi feudi i nipoti Onorato e Giacomo Maria. Il vecchio conte morì a Fondi il 25 aprile del 1491. Pier Bernardino rimase in carcere sino a dopo la morte del padre e nulla si seppe più di lui. Si ritiene che il re lo facesse uccidere verso il principio del 1493. L. Volpicella, *Note biografiche*, pp. 334-337 con gli annessi riferimenti; G. Caetani, *Domus Caietana*, I, parte II, San Casciano Val di Pesa, 1927, e *Caietanorum Genealogia*, Perugia, 1920, tavv. E-LI e E-LII. Da un "Inventario" esistente nell'*Archivio Caetani*, e redatto per ordine del re dopo la morte del conte di Fondi, si rilevano le ricchezze contenute allora nel tesoro baronale, in diamanti, perle, pietre preziose, vasi d'argento o dorati, oro liquido (13460 ducati) e argento parimenti monetato (10910 ducati), polizze di credito, ecc. nonchè i vestiti da uomo e da donna, gli arazzi, i tappeti, i cavalli, gli schiavi, i mobili, i libri e i codici miniati che erano nel palazzo baronale (*ivi*, I, parte II, 170 sgg.).

Antequam Campania digrediamur, Rattarum gentis Casertae comitum et tam opportuni dominatus exitium ostendamus. Qui primus ex ea familia Jacobus de Ratta fuit comes, e Celtiberia Sanciae reginae eiusque aulae praefectus comesque advenit. Ab illo ad nos usque series successionis perennavit, quae morte plurium comitum, quibus hac aetate decessisse contigit, funditus decidit, nomine illorum penitus abolito [1].

Aquinorum percenseamus gentem; ex hac enim Laureti comitem et Magnum Regni Camerarium vidimus; nec primum illas dignitates assecutum, hereditariae quippe illi inerant. Ampliori certe titulo digna res erat: quare conspeximus deinde filium marchionem effectum.'
Mur., 81 Fama erat gentem illam plerumque uno inniti filio et successore; sed D. Thomae Aquinatis eius gentilis suffragio nunquam defuturam. Sic perpetuo mansuram domum pro certo habebant et praedicabant. Sed nos defecisse hanc cernimus, tamque ingens patrimonium defectu Aquinorum principum ad exteram nationem devolutum, extincto Aquinorum nomine [2].

Quid de Caudolarum magnitudine dicemus? quorum Jacobus inter maximos duces, etiam priscorum, merito numerari posset; qui neminem sibi regnare passus, modo adversarii vires, ne nimis invalescerent reprimendo, modo sui regis, ne nimis insolescerent, moderando. Hac arte dum vixit, liberum se ac formidandum praestitit. Cumque esset lectissimo strenuoque milite accinctus, plerique ex italicis potentatibus stipendia illi domum usque mittebant, ad hoc tantum, ne in se duceret, illosque intra Regni fines contineret. Vir enim fuit, quem ducem optimum nemo, ne inimicorum quidem, quin fateretur, extitit, cum alias multa convicia illi ingererent. Hunc minime vidisse me fateor; decessit enim me fere in cunis agente. Cum castelli, quod aggredi statuerat, moenia scrutaretur, qua facilius milites irrumperent, repente exanimis equo delapsus est. Hic finis tanti ducis [3]. Huius filium Antonium Barii ducem. Triventique comitem vidimus. Pater enim titulis honorum abstinuerat, cum multiplicibus se honestare potuisset, et pro maximo Jacobus Caudola, et scribi, et dici praeelegerat,

---

3. Mur. *om.* comesque *dopo* praefectus — 6. Mur. *om.* magnum, *che occorre* — 14. priscos Mur. *contro i codd.* — 18. illaque intra Regni fines lucrari malebat *A*

[1] Primo dei De La Rhat o Della Ratta ad avere la contea di Caserta fu Diego venuto dalla Catalogna in Napoli con Violante (e non con Sancia) d'Aragona quando andò a marito a Roberto d'Angiò. Questi nominò il Della Ratta Gran camerario e gli conferì la contea di Caserta, che rimase alla famiglia sino ai primi del '500, quando passò agli Acquaviva. L'ultima contessa di Caserta di casa Della Ratta fu Caterina, che sposò Cesare d'Aragona figlio naturale di Ferdinando I e in seconde nozze (1509) Andrea Matteo Acquaviva duca di Atri. Scipione Ammirato, *Delle Famiglie nobili napoletane*, parte II, 276 sgg.; C. Esperti, *Memorie istoriche della città di Caserta*, Napoli, 1773.

[2] Francesco D'Aquino, conte di Loreto e Satriano, figlio di Jacopo, favorì Alfonso d'Aragona contro Renato d'Angiò e ne fu ricompensato con la concessione dell'ufficio di Gran camerario del Regno e del titolo di marchese di Pescara per il figlio Berardo Gaspare, che gli era nato da Giovannella del Borgo. Il conte Francesco morì verso la fine del settembre del 1449. Il marchese Berardo Gaspare, confermato nel marchesato di Pescara da re Ferdinando I, si spense ancor giovane nel marzo del 1461, lasciando un unico figliuolo maschio, che aveva avuto da Beatrice Gaetani e si chiamava Francescantonio. Questi sposò Francesca Orsini, ma durante la guerra tra Ferdinando I e Giovanni d'Angiò fu fatto prigioniero da Jacopo Piccinino, che militava per quest'ultimo, e si spense per i disagi della prigionia senza lasciar figli. Rimase unica superstite della famiglia la sorella Antonella, con la quale si estinsero (1493 circa) i conti di Loreto di casa D'Aquino e i beni passarono ai D'Avalos. P. Litta, *Famiglie celebri*, Seconda serie, Napoli, 1908, *D'Aquino di Capua*, tav. XXXI e cf. per l'Antonella L. Volpicella, *Note biografiche*, cit., p. 224.

[3] Jacopo Caldora morì all'attacco di Circello il 15 novembre 1439. Era stata aperta la breccia e i terrazzani atterriti, affollandosi sulle mura, chiedevano mercè, quando il condottiero, sordo alle preghiere di quei malcapitati, fu preso da un accidente. Il conte d'Altavilla e Cola Oferio, che gli erano vicini, fecero appena a tempo a sorreggerlo per non lasciarlo cadere dal cavallo, su cui si trovava. Trasportato in un pagliaio, vi morì di lì a qualche ora senza pronunziar parola e senza aver neppure riacquistata la coscienza. N. F. Faraglia, *Storia della lotta tra Alfonso V d'Aragona e Renato d'Angiò*, p. 190 e cf. il ritratto, che abbozza del Caldora quello scrittore. V. dello stesso Faraglia, *Il sepolcro di casa Caldora in Santo Spirito di Sulmona*, in Atti dell'Accademia Pontaniana, (1891).

tamquam ex se, non ex rebus suis gloriam adeptus; neque oppida et urbes Jacobum Caudolam magnum reddidisse, sed virtute Caudolam illa sibi subdidisse.

Filius hic post profligatum exactumque Neapoli Renatum Andegavensem, fretus paterno milite, ausus est suis auspiciis suisque peculiaribus signis Alphonso regi congredi, cui profecto male cessit. Nam, fugato exercitu, ipse captus est, cui rex clementer ignovit; et, licet magnam dominatus partem abstulerit, libertatem tamen Triventique comitatum tribuit ac reliquit, habuitque in suis, eiusque opera in bellis uti voluit. Mortuo deinde Alphonso, ac Ferdinando ineunte regnum, iterum captum vidimus, custodiaque, in qua aliquamdiu fuerat, fuga elapsum. Exul deinde, amicorum subsidio, quorum maxima pars sub patre meruerat, indeque sua auxerat, victitavit. Talem decessisse cognovimus. Restabant liberi magnae spei editi, egregiaeque indolis, quos vinctos detineri vidimus, deinde extorres victum quaeritantes, quo melius honestiusque possent. Diversis tandem in locis periere [1]. Si qui restant, ea paupertate et obscuritate obruuntur, ut rari eos patrum nomine appellent, aut noscant, quorum memoria hactenus in eversis subsidium attulerant. Ergo Caudolam nemo est, qui audiat: quod nuper nomen montes, valles, campi, militibus Caudolam acclamantibus, reddebant.

Affinis his, et sanguine, et loco, ipsius Jacobi alumnus Leonellus Caelani comes, qui terminum posuit Caelanorum familiae clarae pervetustaeque: et quamvis plures reliquerit filios, quos adultos prospeximus, unumque ex iis etiam comitem, omnes tamen post amissas res, diuque extorres vagantes defecerunt; ad idque redactum est Caelanorum nomen, ut neque nominis, neque dominationis pars supersit [2].

Perquirenti mihi familias omnino defectas, ' et quarum Principatus ad alienos pervenisse Mur., 82
cognovimus, quaedam se offerunt, quarum, etsi aliquis supersit, principes tamen illarum extincti, oppida, vires, decoraque domus ab alienis possideri noscuntur. Haec conditio non solum unius, sed plurium est. Admonet me de Caudolis habita mentio, ut de Cantelmorum principe loquar; siquidem Sorae dux, Oliveti comes bis rebus eiectus, bisque reductus cum fuerit, tandem non modo extra fortunas proprias, sed extra Regnum misera egestate decessit. Natos Ferrariensium principum largitas honeste nutrivit. Frater viget comes Populi inter Regni proceres, quem fratris odium salvum fecit. Quippe cum Populum civitatem dux ipse auferre fratri natali praerogativa satageret, diversas sequi illum partes oportuit, quae victrices devenere; sed nihil ad id, quo tendimus. Quid salus statusque germani, qui et hostis ad ipsum ducem principemque familiae, qui cum omni prole miserum infelicemque sortitus est exitum, suaque cuncta distracta, et ad exteros translata? [3]

---

3. Neapoli *om.* MUR. — 7. usus est *C*, *seguito dal* MUR. — 10. per se *invece di* sua *C* — 14. adversis MUR.; aversis *C* — 17. familiae *om.* MUR. - *il* GRAVIER *aggiunse* dominationi *contro i codd. ai quali mi attengo* — 27. deperiit *C*, *seguito dal* MUR. - ducum *C e* MUR. — 29. fratri *om. C e* MUR.

[1] Su questi fatti v. FARAGLIA, *Storia della lotta* ecc. e E. NUNZIANTE, *I primi anni di Ferdinando d'Aragona e l'invasione di Giovanni d'Angiò*, Napoli, 1898. Antonio Caldora morì esule in casa di un soldato di Jesi, che era stato alle dipendenze di suo padre. La moglie e i figliuoli ottennero dal re un tenue assegno e vissero a Napoli, sino a che, per essersi ribellati agli Aragonesi, furono imprigionati e poscia esiliati.

[2] Leonello Accrocciamuro o Acclocciamuro, conte di Celano, sposò la zia Covella, già vedova di Odoardo Colonna e di Jacopo Caldora. Suo figlio e successore nella contea di Celano fu Ruggerone, che, per essersi ribellato a Ferrante d'Aragona, fu privato dei feudi ed emigrò in Francia. Tornato nel Regno con Carlo VIII, fu sconfitto ed ucciso da Alfonso Piccolomini, il quale era entrato in possesso dei di lui feudi (1496). E. CELANI, *Documenti vaticani per la storia della contea di Celano* (1184-1594), in Arch. stor. per le prov. napolet., XVIII (1893), p. 69 sgg.; L. VOLPICELLA, *Note biografiche*, cit., pp. 214-215; T. BROGI, *La Marsica antica e medioevale*, Roma, 1900, p. 385 sgg..

[3] Piergianpaolo Cantelmo, duca di Sora e conte di Alvito, figlio di Nicola e di Antonella dei conti di Celano, s'impossessò con prepotenza della contea di Popoli spettante al fratello Giovanni, ma, per volere di re Ferdinando, fu costretto a rilasciarla. Avendo aderito a Giovanni d'Angiò, fu privato delle terre che possedeva. Giovanni Cantelmo, spogliato della contea di Popoli dal fratello, la riottenne per volere, come si è detto, del sovrano, il quale, dopo la fellonia di Pier-

Huic aptissime connectimus Capaciae comitem, quem, quamvis e Sanseverina gente plures et magni extent, Romae depauperatum, amissis fortunis, neminemque ex sua familia, vel, ut rectius loquar, linea, qui nomen referre posset, relinquentem, mortuum audivimus, bonaque eius ab Hispanis detineri videmus [1].

Camponiscorum gentis Montorii comes primatum obtinebat, cuius Aquila, tam egregia civitas, non minus Montorio dicto audiens erat, in qua liberum ei erat, quos vellet exigere, occidereque impune. Huius potentia, et ad movendas res opportunitas, verendum illum etiam regibus faciebat. Emicuisse diu Camponiscorum gentem novimus, Aquilae Aprutiorum hodie provinciae civitatis maximae famam servabat, cui finem haec nostra dedere tempora. Etenim cum comiti vi factionis licuerit in cives suos quantum libuisset, eundemque regibus suis observandum reddidisset, vitare non potuit, quin fortuna suo more secum luderet. Vinctum enim, arctissimaeque custodiae traditum, deque capite eius quaestiones agitari cognovimus; eumdemque fortunae benignitate evasisse, patriaeque restitutum vidimus, in qua brevi moritur, nemine ex sua gente superstite, adeo ut paterna avitaque oppida non illius nominis dominum habeant; quin et factio illa, tamdiu familiae devota, gentique dedita, eius defectu, alieni nominis ducem sibi eligere coacta sit [2].

Proferatur et Barnabas Sanseverinus Lauriae comes, cuius etsi perstat familiae pars perexigua, peculiaris tamen domus ipse et filius ultimi extitere, et Lauria reliquumque patri-

---

1. apprime *C* — 7. Cuius *C e* Mur. — 8. praestabat *A* - Mur. *male lesse* Apuliae *per* Aquilae — 9. civitate maxime Mur. *contro i codd.* — 12. arctissime custodiri *A* - deque eius capitis supplicio *A* — 15. tamdiu familiae dedita *C e* Mur.

gianpaolo, gli accordò anche la contea di Alvito, mentre il ducato di Sora passava agli Sforza e poi ai Della Rovere. Sigismondo Cantelmo, figlio di Piergianpaolo e di Caterina Del Balzo, fu duca di Sora e conte di Alvito solo nominalmente, essendo stato il padre, come si è visto, privato dei feudi. Sigismondo visse nella corte di Ferrara, dove sposò una gentildonna di quella città, Margherita Maroscelli. Fu, ai tempi di Carlo VIII, rappresentante del duca Estense a Napoli. Un figlio di lui, Ercole, fu catturato e ucciso dagli Schiavoni, che militavano al servizio dei Veneziani e lo ricorda l'Ariosto, XXXVI, 6-10. Gli altri figli tentarono invano di ricuperare i domini aviti e furono al servizio dei duchi Alfonso I ed Ercole II. P. Litta, *Famiglie celebri di Italia*, Milano, 1819, II, *Cantelmi di Napoli*, tav. I. Non "fratello" ma cugino di Sigismondo fu Restaino Cantelmo conte di Popoli, figlio di Giovanni e di Giovannella Gaetani, il quale fu fedele a re Ferdinando nella guerra dei baroni e si adoperò a sottomettere Aquila che si era ribellata. Malgrado ciò, Alfonso II, divenuto re, lo fece arrestare e rinchiudere in Castelnuovo (aprile 1494), donde uscì all'arrivo di Carlo VIII. Dopo aver seguito quest'ultimo, tornò agli Aragonesi e tenne successivamente per gli Spagnoli, ai quali rimase fedele sino alla morte, avvenuta per assassinio in Popoli il 20 agosto 1514. L. Volpicella, *Note biografiche*, pp. 295-297 con gli annessi riferimenti. E cf. P. Vincenti, *Historia della famiglia Cantelma*, Napoli, 1604; N. F. Faraglia, *La casa dei conti Cantelmo in Popoli e il suo arredamento secondo un inventario del 1494*, in Rassegna abruzzese di storia ed arte, IV (1900), p. 3 sgg.

[1] Guglielmo Sanseverino conte di Capaccio, figlio di Amerigo e di Margherita Sanseverino, o, come altri vuole, di Chiarella Sanseverino, successe al fratello Antonello nel 1464. Sposò Isabella Carafa e si mantenne fedele a Ferdinando d'Aragona. Ribellatosi ad Alfonso II, fu poi imprigionato. Carlo VIII lo liberò. Combattè successivamente contro Ferdinando II e Federico e nella guerra tra i Francesi e gli Spagnuoli stette per i primi, sicchè, dopo la vittoria del Gran Capitano, dovette emigrare. L. Volpicella, *Note biografiche*, pp. 432-33 e il mio lavoro *Per la storia della congiura dei baroni. Documenti inediti dell'Archivio Estense*, in Arch. stor. per le prov. nap., Nuova Serie, V-VI-VII-IX, p. 141 e n. 3 dell'ediz. separ..

[2] Pietro Lalle Camponesco, conte di Montorio, fu potente cittadino di Aquila. Avendo combattuto gli Aragonesi, fu arrestato dal duca di Calabria Alfonso, ma presto venne rimesso in libertà perchè riconquistasse al dominio regio la città di Aquila, che si era ribellata (1485). Si unì invece ai ribelli, ma poi, non essendo stato compensato come sperava, tornò all'obbedienza di re Ferrante. Morì in Aquila il 7 ottobre 1490 senza lasciare figli maschi e i suoi feudi passarono a Graziano de Guerre governatore di Moulon e a Claudio di Lenoncourt. L. Volpicella, *Note biografiche*, pp. 291-293 con gli annessi riferimenti e i miei *Documenti estensi* cit., *passim*; cf. anche E. Carusi, *Alcuni documenti per la congiura dei baroni negli Abruzzi*, in Bollettino della R.ª Deputazione Abruzzese di Storia Patria, Serie III, I (1910).

monium gentis defectu ad extraneos delata sunt [1]. Satriani Comitatus, quem et Sanseverinae gentis fuisse cognovimus, deficiente prorsus familia, exterorum facta est possessio [2].

Rufforum gentis magnitudo et antiquitas minime se praeteriri patitur, cum dominium suum ante reges a nemine sibi concessum, et tantum Deo acceptum deferebant. Mittamus haec utpote vetustiora, patrumque memoriam excedentia, quia quin illustris potensque fuerit, quae de ea vidimus, denegari non patiuntur. Quippe Cotroni Marchionatu Catanzarique Comitatu pollebat. Hic unum inseruisse ad multorum intelligentiam non ab re fuerit, ut cum Principatum, aut Comitatum, aut alium aliquem insignem titulum dico, non merum illum vellem intelligi, sed oppidorum' multitudinem eum comitantium atque ornantium. MUR., 83

Et haec tanta successio ad feminam devenit, quae se in matrimonium, Marchionatum, Comitatumque Antonio Centiliae Hispano, Valentiaque oriundo dedit, qui, post multas cum fortuna palaestras, etiam dominatui finem dedit. Ter enim captus, toties astu et audacia, unde nemo credebat, evasit. Semel cum Papiae detineretur, arcis sublimitatem noctu declinavit, illiusque fossam amplam, insuper et aqua plenam transmisit, eademque nocte extra omne solum Mediolanensium ducis liberum se statuit. Captus iterum a Ferdinando rege, et quia alias aufugerat, arctius in Castronovo custodiri mandatur, sed tanta usus est arte et sagacitate, ut omnem praefecti diligentiam, quae maxima erat, et in illum maxime intendebat, eluserit. Reserato postico, quod in litus emittit, falsis vigilibus, per anteriorem partem fossae emersisse ferebatur; etiam plures dies posticum suo patuisse arbitrio: quare et arcem, et regem hosti tradere potuerit, modo adfuisset. Denique cum tertio in eumdem traheretur carcerem, hortanti, bono ut esset animo, cum saepe similia intrasset loca, semperque incolumis liberque exisset, respondit: " *Nec hoc sperare, nec amicos expectare velim ulterius, qui* " *vivum e carcere educant* ". Eventus verum dixisse ostendit. Ibi enim paucis mensibus fato fungitur. Qui efferri eum viderant, referebant ad eam devenisse deformitatem, praecipue brevitate staturae, ut non modo quis, sed an homo fuerit, haud facile cognosci posset. Et quoniam finem miserum infelicemque audistis, scitote, aliquando inter fortunatos felicesque habitum, qui nitenti famulitio, magnifico belli pacisque apparatu viguit. Circa se nobilium inerat caterva: comitabatur uxorem copia nobilium feminarum, quibus omnibus dapsile consulebat. Nam liberalitas in primis eius spectabatur. Haec dixi, ut vices, instabilitasque humanae vitae etiam in eo noscerentur, atque ut fere omnibus praeponderet actae vitae tristior pars, quam tristiorem filio hereditariam reliquit. Quippe qui post amissas fortunas (quod eo puero patri contigerat), et perpetuum in paupertate exulatum, postque tot perfunctos labores et pericula, inter navigandum in pyratas Turcas incidit; quem captum Constantinopolim retulerunt, ubi inter fidei hostes extinctus est, unaque familia, et spes deinceps dominationis recuperandae, cui exteri imperare noscuntur; nec extare ex illa gente, qui se obicere valeat, certum est [3].

---

2. prorsus *om.* C *e* MUR. - aliorum C *e* MUR. — 6. Cotroni comitatu MUR. *contro i codd. e la verità storica* — 8. alium *om.* MUR. — 11. MUR. *male lesse* Conciliae; Cenciliae GRAVIER — 20. poterat C *e* MUR., *ma il congiuntivo è necessario* — 23. vivum e carcere egressurum A — 25. brevitatem MUR. — 29. conferebat C *e* MUR. — 33. Turcas *om.* C — 34. duxerunt C *e* MUR.

[1] Barnaba Sanseverino conte di Lauria, figlio di Giovanni e di Giovanna Sanseverino, partecipò alla congiura dei baroni contro Ferdinando I d'Aragona e fu perciò arrestato e privato dei feudi. Il figlio fu travolto nella rovina con lui. L. VOLPICELLA, *Note biografiche*, p. 432 e i miei *Documenti estensi*, *passim*.

[2] La terra di Satriano in Lucania compresa nella contea di Capaccio, che apparteneva a Guglielmo Sanseverino, passò, dopo la disgrazia di quest'ultimo, a Giulio De Scorciatis e quindi a Bernardo Villamari. Ma alla fine del 400 era disabitata.

[3] Antonio Centelles o Centeglia, figlio di Gilberto e di Costanza Ventimiglia, sposò Enrichetta Ruffo, divenendo conte di Catanzaro e marchese di Cotrone. Di lui ha discorso largamente E. PONTIERI, *La Calabria del secolo XV e la rivolta di Antonio Centeglia*, in Arch. stor. per le prov. napolet., Nuova Serie, X (1924). Il figlio del Centeglia, Antonio *junior*, dopo aver partecipato alla grande congiura del 1486, cadde in mano dei pirati e si spense a Costantinopoli.

Habuit certe Calabria diu potentes et claras familias, quarum bonam partem hac nostra aetate defecisse cognovimus. Baptistam Caracciolum, Giracii Comitem, consessorium nostrum adeuntem nobili comitatu frequentique, pueri ipsi spectavimus: habebat enim circa se, et milites plures, qui ordines duxerant, et legisperitos, quos omnes annuo stipendio alebat; nec minus ex aliis nobilibus gentibus familiam elegantem, et studiosam, quique omni in officio illi aderant, et prandenti, et equitanti, stratoque mane assurgenti apparebant, adeo ut magnificentiae argumentum non parvum familia sic culta moderataque, ad obsequium decusque domini intenta, referret. Etiam dictum, quod hactenus inter nos viget, operae pretium est referre. Quoties domum Neapolim deventurum se pararet, inhibebat, ne quid victui necessarium aut opportunum' praemittere, vel secum ferre ministri auderent. Quibus, id ne faceret, dehortantibus, magni enim constaturum in dies cuncta emere, ubi carius annona venibat, subridens inquit: " *Oportet enim, etiam lucriones advenisse me gaudeant, et deinceps adventurum incolumen optent* „. Sed non ea conditione ad mortem fortuna ire permisit, quando, cancere nares erodente, diu et vexatus et deturpatus degerit. Nec parum illum torquebat solicitumque habebat mala fratris filii indoles, qua degenerare a maioribus solutis moribus ominabatur. Cumque unicum et successorem sors illum reliquisset, moerens saepe queri visus est quod exitium domus et nominis illum futurum ad hoc servatum praevideret. Hac opinione successionis functus est vita, fratris filio, de quo tam male opinabatur, Thomasio relicto, qui, non contentus comitis titulo, marchionem se scribi appellarique maluit: quod insigne non transmisit ad posteros, quemadmodum Comitatus longa serie ad ipsum pervenerat.

(MUR., 84)

Brevi enim gravibus suspicionibus inter se et regem ortis (uter utri occasionem dederit, Deus et ipse noverint) tandem, cum diutius odia contineri nequirent, capitur Thomasius sive causa, sive praetextu laesae maiestatis, et coactus in vinculis causam dicere, capitali crimine damnatur. Vita tamen in carcere illi perpetuo donata, bona illico per fiscum distracta et vendita; ibique consenuit. Producta canaque prodeuntem barba vidimus, qui subrufa intraverat. Quomodo autem inde exiverit, longum et implicitum est historia explicare. Ad destinata satis esse reor, quod etiam post libertatem et positas res, quarum causa se suaque perdiderat, nihil eorum, quae amiserat, recuperavit; quin potius Galli sua cuncta impetivere, et illum aliena, ut aiunt, quiete vivere permiserunt. Tali fortuna Romae moritur. Hic finis et exitus hominum et rerum tam nobilis claraeque domus extitit. Marchionatum et Comitatum, quos Galli eripuerant, nunc Hispani possident[1].

Habuit eadem Calabria et Arenae comites, unde et nomen ducebant pervetustum, et nobile: ipsi enim magnis affinitatibus vincti diutissime, tandem, cum tam crebro procerum

---

2. Giracii *om.* *C e* MUR. — 3-4. militiae (*sic*) *A* — 6. mane *om.* *A* — 7. familia *C e* MUR.; pergula *A* — 10. ministros *A C, e om.* auderent — 14. vixerit *C e* MUR. — 15. solicitumque habebat *om.* *C e* MUR. — 16-17. quaeri visus est *C e* MUR. — 19. comitatus *A* - voluit *C e* MUR. — 24. perpetuo *om.* *C e* MUR. — 27. petitas MUR. *contro i codd.* — 30. familiae fuit *C e* MUR.

[1] Battista Caracciolo, figlio di Antonio e di Maria Buondelmonti, conte di Gerace e di Terranova, seguì le parti di Luigi III d'Angiò in Calabria, ma più tardi si sottomise ad Alfonso d'Aragona, il quale pare lo riconoscesse soltanto come conte di Gerace. Sposò Covella Ruffo, dalla quale ebbe Tommaso, che si fece chiamare marchese di Gerace. Quest'ultimo si rese famoso per le sue prepotenze a danno dei vassalli. Nel 1455, essendosi reso colpevole di insubordinazione feudale, fu arrestato, processato e condannato a morte con sentenza del 13 dicembre di quell'anno. La pena gli fu però mutata nel carcere a vita e nella confisca dei beni. Liberato in circostanze, che non si conoscono, emigrò dal Regno. Da Palma Margherita di Viterbo, contessa di Belcastro, ebbe quattro figli, ma se ne ignorano le vicende. Le notizie che del Caracciolo di Gerace dà il nostro scrittore non si trovano altrove, senonchè erra Tristano nel far Tommaso figlio di uno dei fratelli di Battista, mentre era nato da lui stesso. Battista ebbe un altro figlio maschio, che si chiamò Alfonso, e sposò Adriana Ruffo, e due femine, Isabella e Maria. P. LITTA, *Famiglie celebri*, Seconda Serie, Napoli, 1903, *Caracciolo di Napoli* di FRANCESCO FABRIS, tav. X; P. GENTILE, *Finanze e Parlamenti nel Regno di Napoli dal 1450 al 1457*, in Arch. stor. per le provincie napoletane, XXXVIII (1913), p. 207 sgg.; E. PONTIERI, *La Calabria del secolo XV e la rivolta di Antonio Centeglia*, cit.

conventus haberi videamus, nemo unquam tali e gente adesse cognoscitur; et quis Arenae dominetur, ignoramus [1].

Intersunt et gentes, quae, etsi non radicitus aruerunt, summitatibus tamen scapisque defectae, humillime iacent. Pulcini comites quibus Alemannorum nomen ineret, nonne hac tempestate Pulcinum reliquumque patrimonium amisere, et eorum magna pars deperiit? Et qui forte supersunt, fortunarum exiguitate, iam neque ubi degant, quove substententur, noscitur [2].

Novimus etiam ex nobilissimis clarioribusque familiis, quamvis principes earum exstent, multos tamen titulis insignes corruisse. Nonne Lauriae titulum possessionemque Sanseverina gens perdidit, eadem et Satriani? Pari conditione et Avellini Comitatus, quem tamdiu a Caracciolis possessum vidimus, ad alienos translatus cernitur [3].

Gambatesarum progenies ne praetereatur, invicta virtus facit. Tres enim nostra novit aetas, quorum singuli quantae vis gentilitati ornamento esse potuissent. Angelum scilicet Campobassi comitem, virum frugi et elegantem, adeo comem et affabilem, ut nemo eum nosset, quin diligeret. Unde maior orta est commiseratio,' cum depasci, defodi, deturparique Mur., 85
ab edaci lepra cerneretur, reminiscentibus tam humanos viri mores, formam tam egregiam, vultus munditiam et elegantiam. Eo deformitatis debilitatisque venerat, ut caris amicisque sui aspectum interdixerit, quos iam nec cernere, nec alloqui potuerat. Conspici namque tam sordidum, ulcerosum, aliena manu cibum sumentem et potum dedignabatur. His tantis miseriis, nequaquam pristinae felicitatis umbrae paria`facere se potuerant. Talis decessit, relicto Carolo germano Termularum comite, spectato milite, ut qui ex Caudolae disciplina approbatum in ducem venerat, experimentumque virtutis non solum nobis, sed omni fere Italiae dederat; et Nicolao filio post obitum Campobassi comite. Et hic quidem impiger sagaxque iuvenis, ne in paternae valetudinis miseriam incideret, didicissetque mare id maxime arcere, longa parata navi, in Christi hostes perrexit, et obviam Turcarum triremem aggressus, post anceps cruentumque certamen, postque multos e suis amissos, pluresque saucios, tandem cepit. Hoc rudimentum illi armorum fuit. Deinde ad terrestrem militiam se vertit, in qua tantum profecit, quantum suae aetatis alius; quippe et in Celtiberia pro Lotharingiae, et in Gallia pro Burgundiae ducibus eum se praestitit, et virtute, et consilio, ut etiam gestis rebus cuivis ea in re claro duci merito conferri possit. Sed quoniam saepe non modo invisa, sed etiam suspecta, cui praestatur, virtus est, evenit ut nova cogeretur facere stipendia, perosusque barbarorum ingratitudinem ad Venetorum militiam in Italiam reversus est, ubi brevi in hybernis moritur, duobus superstitibus liberis, qui cum eo exulabant. Tam agitato fortunae impulsibus non defuit (ut fama est) domus libido, quae illum molestius exerceret; etenim cum uxorem Mantuae seposuisset, sectaturus militiam, revisenti

3-4. defectis *C* — 4. ex Alemannorum familia *C e* Mur. — 6. noscuntur *C* — 8. insignibus *C* - Loriae *A* — 11. invisa *A C*, *ma C ha a margine*: alibi invicta — 12. quantae vis *om. C e* Mur. — 14. deturparique *C e* Mur.; dearctarique *A* — 18. vulnerosum Mur. *contro i codd.* — 23. paternae *C e* Mur.; paternam *A* — 34. reliquisset *C e* Mur.

[1] Il primo conte di Arena in Calabria Ultra fu Niccolò, investito di quel titolo da Luigi III d'Angiò il 5 maggio 1421. I suoi discendenti tennero la contea per qualche tempo. Re Ferrante la donò all'omonimo suo figlio bastardo, che sposò una sorella del principe di Salerno, ma, per essersi egli ribellato, ne fu spogliato. Più tardi fu posseduta di nuovo dagli antichi signori col titolo di marchesi. S. Ammirato, *op. cit.*, parte II, 182 sgg.

[2] Primo conte di Pulcino o Buccino di casa Alemagna fu Guiduccio, vissuto ai tempi di Carlo II D'Angiò. Giorgio d'Alemagna, avendo seguito le parti di Renato d'Angiò nel secolo XV, fu privato della contea, che poi riottenne da Alfonso d'Aragona. I suoi discendenti conservarono il feudo avito sino ai primi del '500. F. Campanile, *Dell'Armi ovvero Insegne dei nobili*, Napoli, 1618, p. 216 sgg.

[3] La contea di Avellino, che era stata dei Caracciolo, passò a Galzerano de Requesenz, capitano generale delle galere aragonesi (1468). Delle contee di Lauria e di Capaccio appartenenti ai Sanseverino già si è fatto cenno.

familiam delatum est, parum pudice illam vixisse, nec integram viro servasse fidem: quam necasse opinio fuit. Unde ingens odium apud Gallos conflatum, quibus nefas ducitur adulteria multari; sed adulteram, qui gravius ulcisci velint, ad parentes remittunt, paenes quos, omni dempto matronali ornamento, vilissimis servarum fungitur ministeriis. Filiorum maiorem natu, Angelum avum praenomine referentem, Ferdinandus rex in patriam reduxit, illique patrimonium omne restituit, posseditque aliquamdiu. Demum novis Regni motibus filium item exutum fortunis omnibus exulare videmus. Ita nunquam Gambatesarum mentio fit, Comitatus et Ducatus alienae familiae insignia evasere [1].

Meminimus etiam exteras gentes hic maxime crevisse tum facultatibus, tum honoribus, quarum plerasque quemadmodum natas et auctas nostra novit aetas, ita illarum principes cum Principatibus occidisse perspexit. Venerat Alphonsi Primi in comitatu Innicus de Guevara eques Hispanus, genere nobilis, nullo tamen insignis titulo, verum in primis regi carus. Erat enim, qui maxime honestaret regiam; quippe arma egregie tractabat, equorum studiosus, quos agere moderarique probe callebat; musicae non expers, cantare saltareque ad virilem dignitatem satis aptus. Hunc Alphonsus prae ceteris alumnis spectatum locupletemque reddidit; quippe, vix pacato Regno, Ariani comitem, Guastique marchionem
Mur., 86 eum declaravit; paulo mox etiam Magnum Senescalcum; et tantum illi favit, ut tres fratres eius, qui ipsius spe et ipsi huc accesserant, omnes magnos Regnique inter proceres comitesque elegerit. Et hic, periclitante Ferdinandi statu, magnam dominationis partem amiserat, quam ille eodem victore recuperavit.

Decessit brevi post profligatos hostes, seque bonis restitutum. Reliquit liberos duos egregiae indolis, comitem scilicet Ariani, Guasti marchionem, Magnumque Senescalcum, et alterum comitem Potentiae. Magnus igitur Senescalcus cum in regia, paterna sectando vestigia, floreret, nescio quo cacodaemone suggerente, de exigendo rege cum plerisque principibus in suum publicumque malum, iuxta ea, quae secuta sunt, conspiravit. Reque illis male

---

4. omni *om.* *C e* Mur. — 7. exsolutum *C* - Gammatissarum *A* — 7-8. Comitatus *om.* *C e* Mur. — 14. optime *C e* Mur. — 22. Guasti comitem *C e* Mur., *corr. dal* Gravier, *secondo la verità storica, in* marchionem

[1] Angelo Gambatesa, conte di Campobasso da prima del 1430, era figlio di Nicola. Seguì Alfonso d'Aragona, col quale fu fatto prigioniero a Ponza e partecipò, forse, al trionfo di quel re e al Parlamento di San Lorenzo del 28 febbraio 1443. Lui morto, prima del 1450, gli successe il figlio Nicola secondo di questo nome, detto comunemente "il conte Cola" che gli era nato da Giovanna di Celano. Il fratello di Angelo, Carlo, seguace prima di Renato d'Angiò, aderì egli pure a re Alfonso e fu conte di Termoli. "Era considerato — dice il Croce, che cita il Caracc. — una delle migliori teste del Regno nelle cose militari e godeva molta riputazione nell'Italia tutta". Sposò Orsina Orsini, dalla quale ebbe soltanto tre figliuole. E poichè anche dall'altro fratello, Riccardo conte di Mirabello, non nacquero maschi, erede delle sostanze di casa Gambatesa fu il giovine Cola. Questi il 21 novembre 1450 sposò a Civitacampomarano Altabella di Paolo di Sangro. Avendo però aderito a Giovanni d'Angiò, cadde in disgrazia del re aragonese e, sebbene avesse stipulato un accordo con quello, esulò dal Regno. Recatosi in Francia, visse una vita avventurosa, partecipando a varie lotte e guerre al seguito degli Angioini e del duca di Borgogna Carlo il Temerario. Da re Renato ottenne la signoria di Commercy nel ducato di Bar in Lorena. Ma innanzi a Nancy abbandonò il servizio del duca Borgognone, dando se non proprio occasione alla sconfitta di lui, come vuole il Commynes, prova manifesta di grande mutabilità di animo (2 gennaio 1477). Tornato allora in Italia, entrò al servizio della Repubblica veneta, per la quale combattè contro i Turchi nel Friuli. Morì nel luglio 1478. I suoi figli, Angelo e Giovanni, che lo avevano seguito nell'esilio e nelle avventure guerresche di Francia e d'Italia, rimasero al servizio dei Veneziani, sino a che il primo si riconciliò con Ferdinando I d'Aragona, dal quale riottenne i feudi aviti, e il secondo potè tornare nel Regno e vivervi all'ombra del fratello. Angelo, conte di Campobasso, morì forse prima del luglio 1488, certo prima del 1491. Il fratello Giovanni, che gli successe, si ribellò di nuovo agli Aragonesi ed emigrò in Francia, dove morì. I figli di Angelo, nati da Giovanna Caracciolo, privati pure dei feudi per fellonia, passarono oltre Alpi, dove perirono. B. Croce, *Un condottiero italiano del quattrocento. Cola di Monforte conte di Campobasso e la fede storica del Commynes*, in La Critica, XXXVI (1933), 401 sgg. e XXXIV (1934), 16 sgg. e 88 sgg.; id., *Rettificazione di dati biografici riguardanti Cola Monforte conte di Campobasso e la sua famiglia*, in Atti della R. Accademia di scienze morali e polit. di Napoli, 1932; id., *Un memoriale militare di Cola di Monforte conte di Campobasso*, in Arch. stor. per le provincie napoletane, Nuova Serie, XIX (1933), pp. 371-372.

succedente, et statu regis iam firmato, optanda sibi morte ereptus est, ne exitum, quem complices sortiti sunt, et ipse experiretur. Fortunas omnes, oppida, civitates, fiscus arripuit distraxitque, quarum hodie alieni nominis videmus dominos. Hunc finem Guevarae familiae princeps sibi fortunisque suis dedit [1].

Magnificavit idem Alphonsus ex iis, quos secum duxerat, Garsiam Cabanillum, deque Hispano equite Troiae comitem fecit, interque Regni principes illum optavit, provinciisque multis praefecit, ductumque militiae illi contribuit, cuius operam diu probavit. Cum vero regiis copiis in agro Senensi praesset, et ad sedandum tumultum inter agrestes gregariosque milites ortum ex hybernis accurrisset, occisus est, credentibus Senensibus ad instigandos animandosque suos prodiisse. Et huius filii (egregium quippe par) revolutione rerum Comitatum reliquorumque bonorum maximam partem amisere, hique extorres decessere. Ita nemo ex illa gente Troia potiri cernitur [2].

Ditavit magnumque fecit idem rex alumnum sibi percarum Gabrielem Curialem, patre equite Surrentino pauperrime natum, quem adeo regis favor evexit, ut multarum civitatum, quin etiam et patriae suae, circumque adiacentium oppidorum iurisdictionem illius dederit; eoque animo extulerat, ut purpuratorum neminem se praeire dignaretur. Raptus est immature, nimirum maximo principis dolore et poenitentia, quia in illum, quod destinaverat, non contulisset. In cuius loco Marino germano, nequaquam tantae spei iuveni, omne quod fratri elargitus fuerat, contulit. Insuper et titulos addidit, quos inter Terrae novae comitem appellari voluit. Hunc post regis obitum pleraque oppida destituere. Comitatum, quem Ferdinandi bello amiserat, illius victoria postea recepit. Mortuus est et ipse absque liberis, successitque illi rex; exstititque eorum res bullae similis, quae eodem momento, quo tumet, evanescit [3].

Habuit nostra aetas simul et civitas rerum humanarum evidentius ludibrium, Franci-

---

5. Gabanellum *A*; Cambanillum MUR.; Cabanillum *C*, *che è la forma più esatta* — 20. placuit *C*, *invece di* voluit, *come in A* — 21. recuperavit *C*, *seguito dal* MUR. — 22. simillima *A*, *poi cancellato*

[1] Iñico de Guevara venne di Spagna con Alfonso il Magnanimo e, in compenso degli aiuti prestati a quel re, ottenne il marchesato del Vasto, il ducato di Bovino, le contee di Ariano, di Potenza e di Apice e altri feudi, nonchè l'ufficio di Gran siniscalco. Furono suoi fratelli Ferrante e Alfonso, creati rispettivamente conti di Belcastro e di Archi, che non ebbero discendenza. Pietro di Guevara, figlio di Iñico e di Covella Sanseverino, diventò, dopo la morte del padre, marchese del Vasto e conte di Ariano. Fu Gran siniscalco del Regno. Partecipò attivamente alla congiura dei baroni del 1485-86 e morì poco dopo che fu conchiusa la pace fra re Ferdinando e Innocenzo VIII, ossia il 17 settembre 1486. Immediatamente le terre, che formavano il suo stato, passarono al re, mentre la vedova Gisotta Ginevra Del Balzo fuggiva con le sue figliuole nello Stato della Chiesa. Il Guevara non lasciò figli maschi. L. VOLPICELLA, *Note biografiche*, pp. 223-74 e 345-47 coi riferimenti annessi e i miei *Documenti estensi*, Aquila, 1925, *passim* e pp. 158-159. Cf. anche l'altro mio lavoro dal titolo: *Un episodio della congiura dei baroni. La pace di Miglionico* (1485), in Arch. stor. per le prov. napolet., Nuova Serie, IV (1918). Antonio di Guevara, conte di Potenza, fratello del Gran siniscalco, trasmise il feudo ai discendenti, dai quali passò ai Loffredo. E. VIGGIANO, *Memorie della città di Potenza*, Napoli, 1805, p. 126 sgg.

[2] Garsia Cabanillas o Cavaniglia, conte di Troia, morto nel 1453, ebbe vari figli, il primogenito dei quali Iñico gli premorì, il secondogenito Giovanni si spense senza discendenza a Napoli nel 1473, mentre il terzogenito Diego, marito di Margherita Orsini, perito alla guerra di Otranto (1481), lasciò un erede Troiano, che fu conte di Montella, e, dal 1521, anche di Troia. Cf. F. SCANDONE, *I Cavaniglia conti di Troia e di Montella dalla metà del secolo XV alla fine del secolo XVI*, in Arch. stor. per le prov. napolet., Nuova Serie, IX (1923), 136 sgg..

[3] Gabriele Correale e suo fratello Marino furono largamente beneficati da re Alfonso, il quale creò il secondo conte di Terranova il 1 gennaio 1458. Essendo rimasto fedele agli Aragonesi, il Correale fu privato dei beni da Carlo VIII, ma re Ferdinando II glieli restituì e Federico confermò la restituzione, aggiungendovi il viceregnato di Calabria Ultra (1497). Sposò Covella Ruffo, ma non ebbe figli, e morí senza discendenza nel luglio 1499. La contea di Terranova fu donata al Gran Capitano nel 1502. L. VOLPICELLA, *Note biografiche* cit.

scum Coppulam, qui interstitiorum brevitate, infimus, sublimis, faustus et infelix paene simul videri potuerit. Siquidem patre Luisio tenuissimae facultatis natus, nobilitatus hic mercatura, licet modica, qua ea tempestate uti nobilitatem decebat, se familiamque alebat. Franciscus ergo, cum per aetatem licuit, paternis insistens vestigiis, lucellis passim se augere coepit, inque parvitate illa magni institoris ingenium ostendit. In dies hac de eo opinione crescente, Mur., 87 rex illum, aere praebito, negotiationi suae praefecit, proque ipsius diligentia' et industria lucri participem esse voluit. Hanc administrationem cum accepisset, brevi regis nomine effecit, ut nihil mercium efferri Regno invehique potuerit, quin illarum ipse primus esset inspector, et emendi, vendendi, commutandique primas electiones haberet. Saepe reliquos extrahere, ut ipse vilius emeret, curabat inhiberi; item ne importarent, donec ipse suas venderet. Hac igitur arte magnis iis opportunitatibus, nihil praeter lucrum spectans, opes non parvas comparavit. Divisaque a rege mercaturae societate, dives per se, comparatis onerariis navibus, negotiari nobiliter coepit, nomenque ingens inter mercimonia exercentes nactus est, et epibatis nautisque carus, et patronus haberi. Nemo quippe ea tempestate classem celerius eduxisset, tum navium copia, partim suarum, partim earum, quae ipsius nomini facile se crederent; tum armamentariis ad usum omnem paratissimis. Quod profecto re ostendit, classe in Turcas Hydruntum retinentes omnium opinione celerius educta, mirantisque regis ad obsequium exhibita. Auxerat quemadmodum ipse opes, ita et fastum, et arrogantiam, ad sui usque oblivionem, principumque despectum: quod profecto illum perdidit[1].

Quippe cum regem non callidum et versutum, ut erat, sed tardum et hebetem existimaret, se et regis literarum magistrum in ruinam protraxit. Calabriae igitur duce foris res agente, veritus ne, cum rediret quietasque res offenderet, liberum illi esset, ipsum et plerosque alios ulcisci, quibus interminari causabatur, coepit exinde aut comitem, aut ducem principibus turbandarum rerum se exhibere; quod agitare non destiterunt, quoad se perdidere, et reliquum Regnum perpetuo malo obtulerunt. Hinc profecto, quae passi sumus, quaeve patienda timemus, initium sumpsere[2].

Revertamur ad Franciscum, illaque quemadmodum gesta sunt, et quorum culpa, aliis enarranda sinamus. Talia igitur meditans curavit etiam, ut suo filio mulier regis affinis matrimonio iungeretur: quod regem fallere credebat; quam spem dissimulando rex subinde alebat. Interim, ut postea rescitum est, non cessabat et dux regis filius, ceterique amici hortari regem, ne Sarni comitem Antonellumque secretarium capere moraretur certioremque facere secreta nocturnaque conventicula cum principibus in eius fortunam, iisque praecipue auctoribus, fieri: quae sibi, etsi longius distarent, clarissime tamen liquere; et ea esse, quae agitarentur, quibus ni propere occursum esset, vanam deinceps omnem fore diligentiam. Quod rex, ut erat natura et astu cunctator, distulit, ut cautius opportuniusque perficeret. Interim multa intercessere utrinque suspectiones augentia, quae, quoniam a me certa fide referri nequeunt, cum

---

2. Aloysio *C, seguito dal* Mur. — 5. paucitate *C e* Mur. — 12. paucas *C e* Mur. — 14. et ipsis nautis Mur., *seguendo C, ma la lez. di A è preferibile* — 16. ad rem *C e* Mur. — 19. in sui *C e* Mur. — 20. Mur. *corresse* existimat *dei codd.* — 23. causabatur *C*; Mur. *come A* — 36. suspiciones *C e* Mur. - nequaquam possunt *A*

[1] Notissimo è Francesco di Luise Coppola, uno dei più attivi e ricchi mercanti napoletani dell'età aragonese, travolto nella congiura del 1486 contro Ferdinando I, e arrestato, processato e giustiziato per quella colpa l'11 maggio 1487. Manca di lui una biografia completa, eppure i materiali per scriverla non difettano. Cf. G. De Blasiis, *Un poema latino inedito in lode del conte di Sarno*, in Arch. stor. per le prov. napol., VIII (1883); L. Volpicella, *Note biografiche*, pp. 321-324 e bibliogr. ivi cit. nonchè i miei *Documenti estensi* e *Un episodio della congiura dei baroni ecc.* nello stesso Archivio stor. nap..

[2] Il figlio del Coppola, a cui qui si accenna, è Marco, che avrebbe dovuto sposare Maria Piccolomini, nipote di re Ferdinando per la madre Maria d'Aragona. È noto che il simulato matrimonio fu l'occasione per l'arresto dei congiurati. Anche il Giovio, al pari del nostro, ravvisò nella congiura del 1486 "uno dei primi "fondamenti delle guerre che seguirono nel novanta-"quattro ". Cf. B. Croce, *Storia del Regno di Napoli*, p. 104.

publica non extiterint, et indagasse praesentis non est instituti, aliis perscrutanda dimisi; non enim viri vitam scribimus, sed in eo instabilitatem rerum ostentare tentamus[1].

Igitur, praestatuta sponsaliorum filii die, illaque cum in arce regis in conspectu celebraturus esset, et domum magnifice ornasset, seque adeo deliciose composuisset, ut etiam mulam pretiosis unguentis imbueret et odoramentis sufiret (hinc luxuria reliqui apparatus coniici potest), apparente demum rege magna stipato procerum caterva et purpuratorum turba, quem principum feminarum ingensque aliarum mulierum excepere conventus, tanta alacritate ex gaudii expectatione, tantoque in aula splendore, vestium et auri fulgore: ecce qui illum et secretarium, tamquam arduum quid cum eis acturi, evocaverunt, paulumque ab aula remoti, offenderunt arcis praefectum, qui eos ad carcerem occulte perduxit. Ubi aliquamdiu duris in quaestationibus habitus, tandem maiestatis reus praeter arcem eductus, ibique securi percussus est. Bona distracta; spectavimus enim multas rhedas e Sarno onustas in arcem deferri. Nobiliorem vero supellectilem e domo rapi, profecto gazam regiam referentem. Omnium suorum heres extitit fiscus. Filii, qui hodie extant, nil paterni census possident.

Et virorum infelix societas, et similitudo incrementi, exitusque paritas merito postulant, ut Francisco Coppulae Antonellum Petrucium a secretis subnectam. Hic, ut plerique autumant, Theani natus est; nutriri autem Aversae multi illorum spectarunt. Sunt qui patrem Petrucium vocatum velint, matrem Petruciam fuisse dicant: unde nomen Petrucius sumpserit ab alterutro parente. Constat tamen humillimae fuisse, conditionis et fortunae hortulani. Siquidem memini ego, florente eo, in eius laudem ostendi tuguriolum culmeum, dicente vulgo: " *Hinc prodiit, qui modo tam egregias aedes tot in civitatibus possidet, munitionibusque validis* " *sua oppida firmat* "[2]. Cumque a primis annis maiorem se natalibus futurum ostenderet, semique nudulus vagaretur, incidit in Johannem Admiratum tabellionem, senem, meo quidem iudicio, virum optimum; novi enim eum annosum, valde fide et religione spectatum, memoria et intellectu supra aetatem vigentem. Adoleverat enim in Ladislai principis aula, cuius gesta memoriter nec minus fideliter enarrantem avidissime audiebamus. Haec mihi de notario Johanne nunc satis, cuius memoria virum bonum repraesentat, et similium raritas illum me memorare et laudare hortatur.

Hic, cum acceptum a parente puerum in dies ingenii acumine progredi animadverteret, coepit maiorem illi adhibere curam, et pro aetate literis et moribus diligentius erudire, ac tanto ingentiori affectu, quanto iam, aetate gravis, sine liberis se spectabat, illum liberali caritate alebat. Cum ergo animadverteret Antonelli sagax ingenium, et ad obsequendum promptitudinem cum aetate adolescere, et maiora, quam quae a se tribui possent, spectare, statuit bonus ille vir, ne tam egregiae indolis species secum augmenti damnum faceret, posthabita commoditate et blanditiis, quae puer illi praestabat, ad maiora illum admovere. Erat enim Johanni Ulsinae, Alphonsi regis secretario, maxime familiaris; fuerat namque proximo bello illius hospes. Ex quo visum est Antonello bene consuluisse, si enarratis ado-

---

1. reliqui *C e* Mur. — 4. compsisset *C e* Mur. — 6-7. et purpuratorum turba *om. C e* Mur. — 11. in quaestionibus *C e* Mur. — 11-12. praeter arcem eductus ibique *om. A* — 12. plures *C e* Mur. — 18. Aversae *om. C* — 23. obfirmat *C*: confirmat Mur. — 26. regis *C e* Mur. — 27. nec minus fideliter *om. C e* Mur. - audivimus *C e* Mur. — 32. impensiori *C e* Mur. — 35. argumenti *A* — 37. Olzinae *C e* Mur.

[1] Re Ferdinando fece pubblicare i processi e le prove raccolte a carico dei congiurati, ma il Caracc., pur conoscendoli, mostra qui di non tenerne conto.

[2] Anche la figura di Antonello Petrucci, segretario e consigliere ascoltatissimo e poi traditore di re Ferrante, è ben nota agli studiosi di storia napoletana, ma attende ancora la monografia, che ne presenti i contorni con quella ricchezza di dettagli che merita, e quella penetrazione psicologica, che occorre per indagare il segreto dell'animo dell'umile figlio dell'ortolano di Teano. Indico qui i copiosi riferimenti in nota alle *Note biografiche* del Volpicella, pp. 398-402, e ai miei *Documenti estensi*, in Arch. stor. per le prov. napolet., Nuova Serie, V-IX.

lescentis dotibus commendatum illi traderet: a quo et adolescentis aspectu, et commendantis fide, benigne susceptus est.

Aderat tunc contubernio Ulsinae Laurentius Valla, doctrinae ingentis morumque honestate spectandus. Huic informandum literis et moribus herus tradidit, ut aptiorem Scribarum collegio adaptaret. Videbat enim sagacissimus senex, excellentem in illo officii genere deventurum. Brevi ergo Laurentii doctrina tantum profecit, ut merito ad scribarum munia assumi potuerit: quare perpetuo gratissimus Laurentio Vallae extitit, venerarique ut parentem, MUR., 80 illi'que plurimum deferre non erubuit. Imo, cum tam magnus apud Ferdinandum regem devenisset, semper honori emolumentoque fuit. Quin etiam post illius mortem eius scriptorum et defensor, et laudator promptissimus perstitit.

Iis praesagiis adscitus in scribas, brevi qui longe ante munus illud exercuerant, antevertit. Ipse Ulsina, cum rex foris ageret, aut occasione aliqua coram adesse negotiaque per se tractare non posset, plerumque Antonellum ad id destinabat; qui diligentia et fide utrisque satisfacere noscebatur. Gessit se ita eo in officio, ut ipse rex mandatorum, quem dicunt, secretarium elegerit. Est enim talium exequi regis mandata, conficiendo ex iis privilegia, eaque propria manu subscribere, uti maioribus a secretis mos erat, a quibus primum locum obtinent, aditumque liberiorem ad principem habent. Creditur enim, si diutius rex ille vixisset, inter huius ministerii primos (pluribus enim, non singulis, ut postea vidimus, tali officio utebatur) adlectus nosceretur.

Ferdinandus etenim post patris obitum, cum statuisset uni tantum res suas credere, hunc potissimum elegit, qui et aurium, et oris eius fungeretur vicibus. Cumque gravaretur per se aliquem audire, ad secretarium ire iubebat, perque illum ocius postulata intelligere velle, per eundem, quid suae mentis esset, consultius responsurum. Sic igitur singularitate officii, suaque humanitate et modestia (quae profecto magna extitit, adeo ut saepe, quibus non tempestive, ut malebant, ingrateque responderet, sibi convitiarentur, filiisque imprecarentur, non nisi sedate placideque accipere videbatur) eas comparavit opes, et nomen, quibus e duobus filiis comitem Caleni alterum, alterum vero Policastri effecerit [1]; ex reliquis alium Tarentinorum praesulem, prioremque alium Hierosolymitanae religionis Capuani conventus [2]; affinitate vero nobilissimarum familiarum plures liberos iunxerit. Magnum et fortunae, et principum audistis afflatum, et favorem magnum profecto, et qualem non multis impendere soliti sint. Sed quaeso ad exitum omnia nosse velis, antequam de eius vita, qualis fuerit, existimare disponas; quam si aequilibrio appenderis, pergravare malorum lancem facile offendes.

Pueritiam egit inopem et laboriosam, ut victum sibi parare servitio necesse fuerit, paren-

---

2. suscipitur *A* — 5. adoptaret *C e* MUR. — 7. Vallae *om. A* — 8. deferre non erubuit *A* — 11. in scribas *om. C e* MUR. — 14. eo modo eo in officio *A* — 15. Est enim illorum MUR. *contro i codd.* — 18. huiusmodi *C e* MUR. - ut postea vidimus *om. C e* MUR. — 22. otiosus MUR. — 27. vero *om. C e* MUR. — 29. vero *om. A C* - iunxit *A C* — 32. praegravare *C seguito dal* MUR.

[1] I conti di Carinola, Francesco, e di Policastro, Giovanni Antonio, figli di Antonello sono egualmente ben noti, il secondo in ispecie, che, oltre ad aver partecipato alla congiura, riuscì poeta ispirato ed efficace nei versi da lui composti durante la prigionia. Cf. sul conte di Policastro il mio artic. *La fine del conte di Policastro secondo nuovi documenti*, in Rass. crit. della letterat. ital., XIX (1914); B. CROCE, *I versi di un prigioniero di stato e condannato a morte: G. A. de Petruciis*, in La Critica, (XIX), fasc. 5° e poi in Uomini e cose della vecchia Italia, Bari, 1927, I, 1 segg.; F. PATETTA, *Un presunto autografo di G. A. De Petruciis, conte di Policastro, ed una lettera della moglie Sveva Sanseverino*, in Atti della R. Accad. delle Scienze di Torino, 1924; E. PERITO, *La congiura dei baroni e il conte di Policastro*, Bari, 1926, che contiene notizie anche sugli altri membri della famiglia Petrucci; nonchè G. PALADINO, *Per la storia della congiura dei baroni*, in Arch. stor. per le prov. napolet., Nuova Serie, VII (1921). V. anche F. TORRACA, *Il conte di Policastro*, in *Studi di storia letteraria napoletana*, Livorno, 1884 e F. RAVELLO, *Un poeta pessimista del secolo XV*, Torino, 1901.

[2] Degli altri figli di Antonello fu arcivescovo di Taranto Giovan Battista, che morì nel 1514, priore di Capua dell'ordine Gerosolimitano Tommaso Agnello, e vescovo di Muro Severo, il quale ultimo è ricordato soltanto in margine al cod. *A*, dove si legge che viveva ancora nel 1556. Morì il 3 aprile 1560.

tibus tanta egestate pressis, ut etiam suo labore et mercede subvenire boni ingenii puero grave fuisse par est credere. Sed omittamus haec, et pleraque adolescentiae, utpote frivola, et quae, nisi ad eam fortunam devenisset, penitus ignorarentur, et nos uti infecta relinquamus. Non enim gratis constitit principis gratia. Quippe adeo eum exercuit, ut quieti nullum indulgeret tempus, quin etiam noctu saepe cum domum ex arce rediret, vix appulsum, viatores festini aderant, qui ad regem quam celerrime redire iubebant: quod facere interrupta coena, et saepissime somno, licet ingratis, cogebatur. Et hic ludus paene quotidianus erat. Quando forte rex venatum, aut aucupatum prodierat, euntem ad principem saevissimis tempestatibus, et imbribus, ferventissimis solibus, noctu interdiuque, cum reliqui in mansionibus sub tecto degerent, ipsum ob publica regis negotia ad consultandum, quos Neapoli rex parcens eorum labori reliquerat, et nive, aut pulvere, aut coeno, prout tempestas ferebat, obtectum transire vidimus, cum in consessorio essemus; similiter ad regem revertentem,' nullo habito neque tempestatis, neque lucis respectu.

Maceraverat et attriverat eum laboris nimietas, et somni parcitas, alienaque hora sumpti cibi, ut aetate maturius edentulus fieret, solidique nil mandere potuerit, et vitam sorbitionibus producere curaret; quibus etiam vix tempus dabatur, tanta erat negotiorum ingruens multitudo. Et si forte aliquando domum quieturus subhilaris revertisset, aderat uxor, quae eum importune exercebat [1]; imputabat enim fortunam, ac si suo ex matrimonio magnum sibi infortunium contigisset. Obiectabat insuper natalium humilitatem, et, cum cetera deessent, immittebat in eum filios, querentes, decere se liberaliorem victum, et famulitium magnorum instar, vesteque pretiosiori uti, ita ut frustratus requie, quam domi speraverat, festinantior tristiorque exire praeeligeret. Filiorum etiam insanam spectabat audaciam, se domumque perdituram. Erant enim parentis moribus adversi: pro illius humanitate, arrogantia, proque affabilitate, importuna superbia utebantur; quae, etsi quiete taciteque ferre videbatur, ingenti tamen dolore et amaritudine apud amicos reponebat.

Adeo processerat eorum fatuitas, ut principem in odium patris provocare nihil existimarent. Studebat enim illorum unus regis secretos amores occultasque voluptates rimari, et vana loquacitate ea inter sodales effundere. Quae cum pater regi notissima esse sciret, minimeque illum de eis aliquando secum expostulasse cerneret, ingenti timore angebatur. Callebat enim principem suum et dissimulandi iniurias, et aeque ad tempus ulciscendi peritissimum artificem. Quid? quod semper veritus, ne princeps illum pecuniosum crederet, crebro strenarum ad instar praeter ianuarias kalendas magnis illum muneribus donabat; modo, ut ostenderet pecuniam non servare, multa a principe praestolari contra animi sui sententiam fingebat. Itaque sic sua et se donis et muneribus redimere videbatur, ad quod amicos affinesque hortabatur, tamquam ad officium regi gratissimum.

Nonne ad infamiam, qua mox damnatus est, timoris vim eum pertraxisse credendum est: ut in regem scilicet conspiraret. Non enim fallebat eum, praesenti statu nullum fore sibi domuique suae opportuniorem, modo se perpetuum sperasset. Modus autem, quo pessum ierit, cum mihi ignotus exstiterit, vitans mendacii discrimen, omisi, contentus vulgari testimonio, et quae populus novit. Ductus est in carcerem una cum Francisco Coppula, quemadmodum de illo diximus, eoque die e filiis duo, quos comites fieri curaverat, caeciori carceri traduntur, domusque omnis direpta et pro fisco detenta. Uxor cum ad sponsalia, et magnifice compta, in arcem venisset, exire inde vetita, in cubiculo clausa, aditu et collo-

4. excruciavit *C e* Mur. — 8. Cum.... prodiret *C e* Mur. — 9. ferventissimo sole *C e* Mur. — 10. rex *C e* Mur. — 18. impune *C e* Mur. — 18-19. *I mss. om.* magnum sibi infortunium — 21. paraverat *A* — 31-32. strenarum modo *A C* — 33. praestinari *A* — 33-34. fingebat *om. A C* — 40. Francisco *om. A*

[1] La moglie di Antonello fu Elisabetta Vassallo, arrestata insieme col marito il 13 agosto 1486 e morta il 10 ottobre dello stesso anno. E. Perito, *op. cit.*, pp. 36 e segg. e i miei *Documenti estensi*, p. 164 dell'ediz. separ..

quio omnibus interdicto. Pueri dominorum reditum praestolantes, mulis et equis deturbati: illosque raptim ad equile regium pertractos, sunt qui se vidisse referebant. Ipse demum duris saevisque tortus est modis. Interea non deerant, qui ubinam pecuniam recondisset, interrogarent: et quod tanta cura, et arte simul, et dispendio semper curaverat, scilicet ne pecuniosus haberetur, cui maxime voluisset, minime persuadere potuit. Adiice ad hoc, quod corporis patiebatur tormentum non levius.

Filios, quos vinctos diximus, supinos tabulis impositos, iumentis per celeberrima urbis Mur., 91 loca, ad mercatum usque ipso nundinarum die trahi, ut nobilius esset facinus, ad decollandum, omnis populus vidit; ubi truncati, quadrifariam distracti, stipitibusque affixi, propter regias vias ad spectandum seorsum sublati sunt[1]. Quod eum minime celarunt, qui illum non satis torsisse credebant, ni etiam hoc addidissent. In eum tormentorum devenisse pavorem ferebatur, ut, cum recludi carcerem praesentiret, et qua fugere minime poterat, satagebat externatus, et si forte in cavum aut rimulam offendisset, ibi se immittere posse et occultare sperabat. Haec finiit, quando una cum Coppula Sarni comite eductus, atque spectante populo, prae foribus arcis ambo securi percussi sunt. Filiorum qui supersunt, alii praesulatus honestantur dignitate, alii privatim degunt, et tantae paternae rei penitus extorres.

Subiit etiam ut Hugonis Alanii Marianique germanorum fatum recenseam, priorum haud simile. Siquidem privatos non adeo divites spectavimus; mox a primo Alphonso rege inter comites magnosque cooptatos. Nam alterum Regni Cancellarium Borrellique comitem; Bucchianici alterum effecit. Et hos ante dignitatibus, quam vita perfunctos vidimus. Qua in re praecipue humanarum rerum inconstantiam perspicere possumus, ut quibus primum datum sit tribulium suorum saecularis dignitatis titulis insigniri, negatum etiam sit in morte illis usque prodesse[2]. Quod si antea quae nuper evenissent, superfluum et importunum fuerat enarrare, et inconstantiam varietatemque rerum, et humanae prudentiae imbecillitatem, tot singulorum infelicibus eventibus demonstrasse, erit en satis hoc unum ad ostendendum, quae omnifariam stare videntur, momento posse subverti. Quid illud fuerit, brevius quam factum sit, rupto naturali ordine, ut decet, dicam.

Ruisse Venetorum Rempublicam, regnum ipsosque de capite et de libertate laborare[3].

---

2. referant *C e* Mur. — 3. saevis dirisque *C e* Mur. — 4. ne assiduus *A* — 7. tractos *C e* Mur. — 8. turneati *A* — 10. prope *C* - sursum Mur. — 12. aperiri *C e* Mur. — 13. in . . . offendisset *om. C e* Mur. — 14. Coppula *om. A* — 17. Mariniqui Mur. *contro la verità storica* - factum *C e* Mur. — 22-23. illos proferre *A* — 23-24. Quod *e poi* enarrare et *om. A C* — 24. providentiae *A*

[1] Una narrazione della morte dei fratelli Petrucci si ha nei *Racconti di Storia napoletana* ed. dal De Blasiis, in Arch. stor. per le prov. napolet., XXXIII, (1908), p. 508, mentre della esecuzione di Antonello e del Coppola lasciò una relazione l'umanista fiorentino Francesco Pucci, allora presente in Napoli, che è stata pubblicata da E. Rogadeo, in Rassegna Pugliese, XVII (1900), 257 sgg.

[2] Ugo e Mariano d'Alagno nacquero da Cola (Niccolò), senatore di Roma, e da Covella Toraldo. Il primo fu insignito dell'ufficio di Gran cancelliere del Regno il 5 maggio 1455 ed ebbe inoltre la contea di Borrello e di Gioia e la signoria di Rocca Rainola e l'altro venne nominato conte di Bucchianico e signore di Guardiagrele (12 agosto 1456). Entrambi furono fratelli della celebre Lucrezia amata da Alfonso d'Aragona. Dopo la morte del re e la disgrazia della sua cortigiana la famiglia decadde e, sebbene i suoi componenti conservassero tutti i beni e gli uffici, dei quali erano provvisti, volse rapidamente verso la estinzione. G. Filangieri, *Nuovi documenti intorno la famiglia, le cose e le vicende di Lucrezia D'Alagno*, in Archivio stor. per le prov. napol., XI (1886), 65 sgg. e 330 sgg. e v. doc. XIV; B. Croce in *Storie e leggende napoletane*, 85 sgg.

[3] Qui il Caracc. abbozza un sommario di Storia Veneziana dalla prima metà del quattrocento in poi. Sebbene scritto da un "napoletano" e in un momento critico per la Repubblica, il breve riassunto non è generalmente inesatto, nè pecca di partigianeria, anzi è spesso ispirato a un senso di ammirazione verso i savi politici e i valorosi cittadini dello stato veneziano. Naturalmente lo scrittore tende a far trionfare la propria tesi e le vicende del suo tempo gli porgevano modo di mostrare come la Repubblica di San Marco non sfuggisse neppure essa ai colpi della fortuna. Il buon Muratori, pieno di timoroso rispetto per il Leone di San Marco, annotò a questo punto: "Haec scripta,

Qui vero quantive fuerint, habitive hactenus sint, orbis non modo Christiani, sed ne universi quidem angulum reor, in quem non clarum Venetorum nomen pervenerit. Historia insuper teste de illorum gestis, quam tot diserti doctique viri scripserunt, qui eos et prudentiae, et virium ad miraculum usque extulerunt, ad quam nosse illa cupientes remitto. Tamen et liquidiora mihi, quae mea aetate gessere, ut praefatus sum, fideliter referam, ut simul quemadmodum decreverint, et quam cito, noscatur.

Idcirco quae cum Philippo Mediolanensium duce gesserunt, haec tenemus, quod semper superiores fuerunt, multaque castella civitatesque illi ademerunt; propagaverunt suos fines, et imperium auxerunt. Compararunt exercitum omnium maximum, quo maiorem multis antea saeculis Italia non vidit, habueruntque sub Francisco Carmagnola eorum duce; et tandem ad id cum Philippo res devenerunt, ut prope moenia exercitum transmitterent adeo propius, ut bombus tormentorum ad ipsum etiam ducem, clangorque tubarum pervenerit, quo, ut aiunt, dolore percitus, brevi mortem obivit: cuius post obitum pleraque, quae illius fuerant, sibi vendicarunt [1]. Cumque Mediolanensi populo, in libertatem se asserere satagente, bellum sumpsere, in quo, Francisco Sfortia eius duce, profligatum cladeque ingenti affectum eorum MUR., 92 exercitum audivimus, illico tamen se ea prudentia et viribus probavere, Francisco Sfortia sibi iuncto, et validiori comparato exercitu, ut victori hosti minime cesserint, quin potius eum represserint, et brevi superiores emerserint [2].

Eadem tempestate etiam cum Alphonso Primo rege nostro non semel gessere bellum, cuius aliquando classem per diversa maria persecuti, tandem in Siracusano portu inventam, nequidquam tutantibus oppidanis et epibatis, succenderunt, et naves illas maximas ad terrorem navigantium aedificatas delevere [3]. Nihilominus pacem aequioribus sibi conditionibus effecere. Adversus Franciscum Mediolanensium et Renatum Andegavensium duces, una secum pugnantes, adeo fortiter restitere, ut brevi, dissoluta ducum societate, pacem Francisco et ipsis gloriosam, nec minus utilem dedere, inscio, ne dicam invito, Alphonso eorum collega, ut per se satis posse ostenderent [4].

Cum Ferdinando etiam rege post patris obitum non semper pacem habuere; sed interfuere bella, in quorum compositione nil se minores conditionibus voluere. Et eadem tempestate Cyprum insulam rege vacantem, et cui multi anxie inhiabant, neminem veriti, occuparunt sibi [5]. Deinceps cum in Herculem Ferrariae ducem arma moverent, timens reliqua Italia ne etiam Ducatum illum sibi adsciscerent, communi consensu suppetias Herculi privatis quisque sumptibus misere, et quidem validas. Etenim Ferdinandus Calabriae ducem Alphonsum filium ingenti manu propere ire iussit, quin et Ludovicus Mediolanensis imperii moderator cum omni militum robore praesto adfuit. Pontifex Sixtus legato Ecclesiae cum illius milite, ut se reliquis iungeret, imperavit, et tantis copiis, totque principibus, Urbinatem Fe-

---

1. *A aggiunge* orbis *dopo* Universi — 3. teste *om. A C*, *che, invece, mi par necessario* — 7. tentemus MUR., *che om.* haec, *seguendo C* — 8. fuerint MUR. - propugnaverunt *C e* MUR. — 11. devenit *C e* MUR. — 15. *Lez. di A conforme alla verità storica. C seguito dal* MUR.: etsi Franciscum Sfortiam illorum ducem profligatum, *ma in margine al ms., che il* MUR. *non vide, si legge*: Alibi legitur: Francisco Sfortia eius duce profligatum.... et quidem rectius. *Cade quindi l'osservazione del* MUR. *contro il Caracc. tacciato di leggerezza. Cf. n. a col. 92 della prima ediz.* — 30. sibi *om. C e* MUR. — 34. Xistus *C*

" quo tempore omnium gravissima procella invictam " Venetorum Rempublicam concussit. Verum ii non " multo post incredibili fortitudine, felicitate et gloria " sua quaeque recepere ".

[1] Filippo Maria Visconti morì il 13 agosto 1447, mentre i Veneziani, capitanati da Michele Attendolo, tentavano di penetrare in Milano.

[2] La sconfitta dei Veneziani avvenne a Caravaggio il 14 settembre 1448. Essi erano comandati dall'Attendolo; i Milanesi dallo Sforza.

[3] Accenna qui a un episodio della lotta veneto-aragonese del 1453, ma sembra che la nave bruciata dai Veneziani fosse una sola. S. PRIVITERA, *Storia di Siracusa antica e moderna*, Napoli, 1879, II, 122.

[4] È la pace di Lodi del 9 aprile 1454.

[5] Di fatto i Veneziani assunsero il governo di Cipro dopo la morte dell'ultimo dei Lusignano (1474), ma non presero possesso dell'isola se non nel 1489. È noto che ad esso aspirava, fra gli altri, Alfonso d'Aragona figlio naturale di re Ferdinando. F. FORCELLINI, *Strane peripezie d'un bastardo di casa d'Aragona*, in Arch. stor. per le prov. napolet., XXXVIII-XXXIX.

dericum, ea tempestate ducum maximum, praefuisse cognovimus. Vidimus nihilominus Venetos suis tantum viribus et copiis innixos, tot hostibus, tam validis, summisque potentiis nihil cessisse; quin potius Ferrariensi nonnulla abstulisse, et hostem omnem aestivorum tempore eo modo tractasse, ut ante hybernorum opportunitatem dederint potius, quam acceperint conditiones; re ipsa teste, siquidem quae vi abstulerunt, deinceps quiete ut propria possidere licuit [1].

Penetrasse Carolum Francorum regem ad nos usque, cum ad deturbandos Regno Aragonios iret, aucupatoris in modum, pugno accipitrem gestantis, cognovimus, quia minime sibi obstituros Venetos cognoverat. Nequidquam similiter in reditu, postquam vero magnitudine successus dolentes foedera cum plerisque pepigerunt, ut Gallorum cum rege vires in Italia attererent; quod praecavendo rex, priusquam collegarum copiae convenirent, in Gallias praematurabat iter: quod intercidere adversariorum copiae cum tentassent, adeo strenue rem eorum navavere, ut, si similis reliquorum adfuisset virtus, facile eo in proelio rex aut capi, aut turpiter fugari potuisset. Nec minori tamen constantia ad fines usque illius persequentes, Mur., 93 in agro Mediolanensi et bello eo, et secuta pace emolumento fuere [2].

Eodem animo cum reduci Ferdinando iuniori regi adfuissent, oppidorum, quae Galli de Regno Apuliae occupaverant, ipsi armis sibi quatuor vendicavere, utque iure parta, neutri regum restituere voluerunt, etiam tenentibus illis Regnum reliquum, et saepe amicis et confoederatis [3]. Nonne altero ab hoc calamitatis eorum anno, fervente omni Italia, ingenti apparatu Imperatoris partim formidantibus, partim ad res novas se erigentibus, intrepidi soli illi occurrere non sunt veriti? et ea prudentia, et robore, ut non modo Germanos, finibus suis illaesis, arcuerint, sed et illorum ingenti clade illata vastaverint, et insuper oppida regionis non infima ademerint, et ulterius, ne se proferrent, pacis potior conditio effecit. Quae etiam vi ceperant, detinere permissum, proventusque redditusque illorum ad se iure devenire; denique non prius restitui debere, quam omne aes in id bellum erogatum, solidum restitueretur, nulla perceptorum fructuum habita ratione. Quam quidem pacem, inscio, ut aliqui, ut alii vero, invito rege Francorum, eorum collega, firmasse volunt, eamque inter dissidii causas calamitatisque Venetorum adscribunt. Nam renuntiantibus id eorum legatis vultuose Gallum respondisse fertur: " fuisse tunc Venetorum pacem talem annuntiare; fore et quandoque suum " bellum indicere " [4].

Ultimo vero, cum in se tot potentes clarosque principes, Pontificem Maximum, Imperatorem et Francorum Aragonumque reges conspirasse cognovissent, minime animos submisere, sed constanti virtute vires, quibus illis se obiicere possent, munitionesque civitatum, oppidorumque providere non destiterunt; et adeo ingentem equitum peditumque paravere manum, ut hostium ingentibus copiis obsistere sperarent, civitatesque et oppida, adversa iubente fortuna, obsidiones diuturnas comparatis munitionibus perferre possent [5].

Quod unum perpetuo mea memoria eos attriverit, infirmioresque reddiderit, est iuge bellum, quod cum Turca diu infeliciter gessere. Quippe illos Dalmatia Illyricoque penitus exegit. Quod si verum pervestigare voluerimus, solidius Venetorum robur illic Turca suc-

---

3. aestivo *C e* Mur. — 7. occupatoris *A* - morem *C e* Mur. — 10. ad quod praecavendum *C e* Mur. - Gallos *C* — 14. in agro *om.* Mur. *che è nei mss.* — 15. reduci *om. C e* Mur. — 16. vendicaverant *C e* Mur. - aliquot *C e* Mur. *invece di* quatuor — 28-29. etiam quandoque suum bellum indicere *C e* Mur. — 30-31. Imperatorem *om. C e* Mur.

[1] Con la pace di Bagnolo i Veneziani conservarono il Polesine con Rovigo (7 agosto 1484).

[2] Dopo la battaglia di Fornovo (6 luglio 1495), mentre il re di Francia si dirigeva ad Asti, i collegati andarono all'assedio di Novara, che il 10 agosto fu occupata da Ludovico il Moro. Della condotta dei Veneziani a Fornovo già il Caracc. ha fatto cenno nella *Vita di G. B. Spinelli.*

[3] Le città pugliesi occupate dai Veneziani erano Monopoli, Otranto, Brindisi e Trani. Se ne è già parlato nella *Vita di G. B. Spinelli.*

[4] Accenna qui alla guerra mossa dall'imperatore Massimiliano nel febbraio 1508, in seguito alla quale i Veneziani occuparono le città di Gorizia, Trieste e Fiume. La repubblica di Venezia conchiuse una tregua col Cesare alemanno senza darne notizia a Luigi XII (6 giugno).

[5] È la guerra della lega di Cambrai.

cidit. Quippe omnis nauticae rei facultatem, quae magnos illos potentesque effecerat, provinciae illae suggerebant. Unde enim materiam, picem, ferrum, omnemque denique ad navium fabricam apparatum? Unde porro et remiges, et epibatas ad quantamvis classem extruendam, atque educendam, commodius quam ex dictis provinciis, quae non tantum ad classes ingentes parandas, sed portus tutissimos adversus tempestates opportune detinendas praestare valerent? Audisse aliquando memini de eorum primariis, si quis pressius Venetorum Rempublicam taxare vellet, facile reperiret potentiorem ditioremque, et minori invidia laborantem tunc extitisse, quam cum tot amplis civitatibus in continenti Italiae dominaretur, et rei nauticae tantam commoditatem amisisset. Quippe quod vires illorum ibi infractae sunt, magnitudini hostis adscribi potest. Quod vero non semel procubuerint, passimque ceperint, et tamdiu se continuerint, constantiae et virtuti eorum merito dari debet. Itaque ex Turcarum bello multum damni, ignominiae nihil reportarunt [1].

Dixeram eorum regnum omnium opinione corruisse celerius. Quippe nonis iunii Francorum rex hostium validissimus in eos ut potentius, ita celerius se accinxit, et, Mediolani lustrato exercitu, VII eiusdem idus Venetorum exercitum in agro Caravagensi assecutus est, cumque eorum parte manus conseruit, quae ad detinendum eum restiterat, donec reliqui ad tutiorem locum pervenissent; et quamvis strenue Itali rem navassent, pedites praecipue fugati profligatique tandem sunt. Equitum pars, pedites vero universi fere interempti: hoc enim liquido constat. Quae autem plerique coniectari volunt, si omnis concertasset exercitus, secus evenire potuisset, aliorum sit iudicium. Nos autem, quae facta sunt, non quae evenire potuissent, cum incertum sit, scribimus [2]. MUR., 94

Scire enim maxime cuperem, quando eorum Rempublicam virtute natam et auctam, prudentiaque diu servatam ostenderimus, et nunc nec vires defectas, quin potius auctas, Senatum et prudentia, et numero crevisse cernamus, tam parvo pugnae accepto detrimento, nec quiverint consulere et providere, ne serperet, et in tantum eorum malum perveniret. Hoc casu, sive fortuna minime accidisse tenendum est. Praevisum enim, et antea sibi indictum substinebant bellum. Opposuerant omni vi venturis se hostibus; consuluerant etiam casurae fortasse rei tum milite, tum machinarum tormentorumque apparatu; frumentariam rem opportunis locis comparaverant; fossis, turribus, reliquisque munitionibus civitates arcesque tutandas curaverant; stipendium innumerum plurifariam dispertierant, ut opportune, non modo ad suos continendos, verum adversariorum militem alliciendum, eo uti valerent; legatos, quos ipsi Provisores exercitus appellant, Senatus, qui frequentissimus quotidie cogebatur, solito plures prudentioresque eo bello elegerat, et in suam quemque provinciam ire iusserat. Fortunae quippe et casus incursus tali modo praevisos impetere non audent: sed ne fati vis, si plurimorum et philosophorum definitionibus crediderimus, eos atterere tam brevi potuisset, cum alii necessitatem indelebilem, non tamen repentinam, esse velint, alii rerum perpetuam seriem semper se connectentium. Sunt qui astrorum in suis locis progressum fati vim asserant; et non desunt, qui aliter interpretentur: quos recensere perlongum esset et facile refellere. Ergo haec utpote ad rem non spectantia sinamus. Rectius tamen nobis appellemus ordinem a Deo provisum, et perpetuo constantem, et omnia suo loco, et tempore producentem, universitati apta, et suae dispositioni congruentia, licet nostri intellectus parvitati abstrusa et

---

4. conducendam *C e* MUR. - ex ipsis *C e* MUR. — 10. hostium *C e* MUR. · provenerint *C e* MUR. — 13. omnis *A C* - iulii *C e* MUR., *ma le date non sono esatte* — 15. eiusdem idibus *C*; eiusdem *om.* MUR. — 17. milites *invece di* Itali *C e* MUR. — 18. tandem *om.* *C e* MUR. — 21. evenissent *C e* MUR. — 23. erectas *C e* MUR. — 36. indeclinabilem *C e* MUR. — 41. paucitati *C e* MUR.

[1] Si accenna qui alla guerra coi Turchi andata a male per l'abbandono, in cui gli alleati lasciarono la Repubblica e anche perchè i Veneziani non portarono nel combatterla l'ardore e il valore dei tempi precedenti. G. COGO, *La guerra di Venezia contro i Turchi* (1469-1501), in Nuovo Archivio Veneto, 1900.

[2] La causa militare immediata della sconfitta subìta dai Veneziani ad Agnadello (14 maggio 1509) fu il disaccordo fra i due comandanti del loro esercito, l'uno, Niccolò Orsini di Pitigliano, troppo prudente, e l'altro, Bartolomeo Alviano, impetuoso e ardito; l'uno fautore della tattica difensiva, l'altro di quella offensiva.

incognita; et quibusvis sat sit credere, cuncta iuste sancteque, praeter vitium et scelus, providentia et Dei iudicio evenire. Hoc vero fato credere possumus, tam inexpectatam Venetis cladem inflictam; causam vero solus, qui omnia potest, et cui praeter iustum nihil placet, novit. Ex his hoc eliciamus, ut nunquam timere Deum desistamus, cum quae immineant, quidve de nobis statuerit, nulla ratione aut argumento praenoscere possumus. Hic ferme est timor, qui intrepide ventura expectare sinit, et aeternae vitae praestolationem, vitiorum fuga, spondet. Bene eum profecto timebimus, non aniliter expavescendo tonitrua, aut somniorum terriculamenta formidando, sed illius potius obsequendo mandatis, et sanctorum virorum iuxta monita vitam vivendo. Erit profecto documento sanis mentibus tanta tamque praeceps Venetorum dominationis ruina, ut viribus aut consilio minime fidant, sed eum prae oculis habeant, ab eoque se augeri auctosque servari efficacius bonis operibus et vitae sanctitate, quam verbis et precibus postulabunt [1].

Mur., [illegible]

Cum multorum, quos videramus, ad nostram deprimendam insolentiam, aestuantemque habendi sitim diluendam, eventus rerum infelices, exitus miserandos, non modo singulorum, sed etiam numerosae gentis, instabilitatem rerum, variantesque fortunae vices nostrae tempestatis ostenderimus, ad monimentum superbientium animorum, vanis caducisque fidentium; operae pretium duximus, ut qui felices, et rebus et honoribus abundantes, infaustis a nobis eventibus enarratis subtristes, meticulosos, et sibi forte paria timentes reddiderimus, etiam ad erigendos deiectos miserorum animos ad spem potiora et feliciora assequendi, eiusdem mobilis inconstantisque vicissitudinis documento surrigamus. Exstant profecto non pauciores, quos ex infimis altos fortunatosque cernimus, iis opponendos, quos e summo ad infima demissos ostendimus. Nemo igitur miretur, si priorum ediderimus nomina, horum autem subticemus. Credo enim ratione factum, ne in odium incurramus, tamquam invidi et alieni boni detractores. Scimus enim graviter molesteque laturos plerosque, cum dignitatum, aut natalium novitate taxatos se senserint. Etenim non pauci inter tales spectantur, quos prius beatos, quam notos ostendisse oportuerit; plures etiam velut olera, quorum nec semen, nec fomentum nascebatur, in altitudinem insperato crevisse cernuntur, et tamen haberi velint, ut qui fortunas et honores, et magna nomina, vigilantia atque industria, et, ut uno complectar verbo, virtute sibi paraverint, tanta animi pervicacia, ut ne principibus quidem iis, qui in eos, et forsitan immerentes, tanta contulerant, acceptum referre, aut gratias saltem habere velint: quorum non solum, ut praediximus, nomina celare volumus, sed ne notis quidem, quibus dignosci possint, suggillare intendimus.

Vidit profecto nostra iuventus, videtque praesens dies privatae conditionis homines, quorum hactenus nulla nec sui, nec suorum fuerat notio, inter suae sortis homines plurimum eminere, et magistratus gerere; et si altiore in gradu cernimus, humillimo tamen stetisse cognovimus. Spectamus insuper, quos etsi pervetusta nobilitatis series ediderit, nullo tamen maiorum' stegmate, aut suo aliquo facinore censeri posse, nihilominus ad summos honores potentiaeque gradus pervenisse; nec pauciores, qui ampla ditioraque sacerdotia possident, quam qui magistratibus, comitatibus, ducumque titulis spectabiles procedunt: quorum prae multitudine iam titulorum insignia viluerunt. Quippe iam comitatus multi dedignantur, altiora petentes nomina. Et quoniam animi propositum est, omnibus cuiusvis fortunae hominibus bonam spem facere, spectent, qui mercimonio se augere contendunt, tot ditatos spectatosque viros, quos mensis numerariis vestiumque tabernis alienis inservisse noverint, et vilissimarum

Mur., 96

---

6. futura *C e* Mur. — 18. effecerimus Mur. *contro i codd.* — 25. senserint *C e* Mur., crederent *A* — 29-30. *Lez. dei codd. A e C seguita dal* Mur.. *In margine i mss. hanno*: Alibi legitur: qui eos et forsitan immeritos extulerant — 34. nulla *om. C e* Mur. — 39. ducatumque *A* — 43. numerariis Mur., *che sottintendeva, forse,* pretiis, *ma i codd. hanno* nummariis

[1] Qui riappare il filosofo cristiano, che pone la Provvidenza a causa e principio di tutte le cose. L'uomo deve quindi operar bene e vivere santamente per rendersi meritevole del suo favore.

rerum sordidarumque ministeria exercuisse, quibus invidisse, et similes esse multi velint. Quid multa? Cum nec hominum statum, nec fortunam, nec artem cernere est, in quibus ex minimis maximos devenisse, plerosque nullo probabili merito spectamus. Eadem itaque ratione, qua fortunatos nimium fidere, et minime insolescere vellemus, cupimus miseros et abiectos spem praesumere e tanta multitudine, quae adeo ditem beatamque se undique offert, quorum bona pars otio, malisque artibus, principumque insania ad id pervenere; sed nolim praeterea inerti et otiosae expectationi se committerent, aut iniquis, turpibusque negotiis invigilent; sed magis iusta honestaque sectari, et strenue laborare, ut saltem, si spem eventus frustratus fuerit, noscatur sibi ipsis non defuisse, imo quod suum fuerat, tempus scilicet et studium, laboriosissime impendisse. Haec admonuisse satis superque; et quando tanta sit huiusmodi novis fortunis et nominibus aucta frequentia, aut etiam conniventibus oculis se obiiciant, utinam, quemadmodum optamus, erigendi miseris spem praebeant, animosque faciant, et non potius invidiae et maledicentiae occasionem dent. Volumus namque non solum bene sperare, sed quae speraverunt, feliciter assequi. Quare monemus, si quando, quod concupierant, consecuti fuerint, et forte, quod saepe contingere solet, ampliora, quam quae mente praesumpserant, meminisse velint pristinae conditionis et fortunae, nec oblivisci cautionem timoris, quod fortunatorum frenum esse debet, et gratos esse acceptorumque debitores se cognoscere; sciantque Deum habuisse auctorem, cui ut et construendi, ita et demoliendi eadem est vis, nec non quae ab homine receperint, etiam grate recordari velint. Est enim ingratitudo malum publicae commoditati officiens, et praecipue indigentium [1].

---

1. exercuisse *om.* *C A* e Mur.; *lo aggiunge, opportunamente, il* Gravier — 2. Ediderunt quid multa *A* — 12. erigendi *om.* Mur. — 20. utilitati *C e* Mur., *ma in margine a C:* Legitur alibi commoditati, *come in A*

[1] Il Caracc., dopo aver ricordato coloro che erano caduti sotto i colpi della fortuna, vorrebbe menzionare quelli che sono ancora in auge, ma se ne astiene per timore che insuperbiscano, specialmente perchè non sanno talora neppure come abbiano conquistato la posizione di cui godono. A costoro consiglia, quando hanno raggiunto la meta, di ricordarsi del punto di partenza.

V.

DELL'INQUISIZIONE

DE INQUISITIONE

EPISTOLA TRISTANI CARACCIOLI [1]

INSTANTER quotidie per literas efflagitas, quod coram saepe petieras, ut si quid insoliti apud nos eveniret, certiorem te facere non gravarer, et potissimum si qua aliquando non solita, nec usitata, et quae scribi non ab re fuisset, evenirent. Nihilominus meam servans sententiam tamquam iudicio electam, id facere supersedi. Nosti enim iampridem me incuriosum et talium adversissimum. Credo enim nuntiorum indagatores plerumque falli, et sic non vera aliis tradere geminoque errori se obiicere. Itaque, cum nostrae conditionis mentiri non sit, et verum difficile inventu, ab huiusmodi vitiis me asserere, minime perquirendo, plurimumque tacendo, pulchrum existimabam. Quod autem nunc secus, ad te scribendo, facere videor, non profecto inconstantia, aut propositi poenitentia factum est, sed ut conceptam ex re curam, quando verbis coram non datur, literis tamen apud te si non omnem, saltem partem deponerem; simul ut prudentem cautioremque, iis per me cognitis, te reddam, ut evitares, quae futura praesagiuntur, si datum est; sin secus, aequiore animo, ut praevisa, acciperes.

Tenere te scio regem nostrum, vivente Elisabella eius uxore [2], decrevisse omnem Hispaniam, cunctis spurcitiis, quae puritatem sinceritatemque Christianae fidei foedare possunt, eluere et mundam reddere. Quod cum minime se perfecturos sperarent, ni prius neophitos, qui, vetustos Christianos inter viventes, se prius, iudaicos sectando mores, deinde etiam illos

---

1-2. Epistola Tristani Caraccioli de Inquisitione *P* — 3. Instanter *A*; Constanter MUR., *che segue C* — 4. *dopo* gravarer *i mss. leggono*: cum praesenti tibi minime recepissem et tamen cum aliquando *ecc.*; *la lez. del* MUR. *sembra da preferirsi* — 11. inconstantiae MUR. — 16. Elisabetta *A*; Elisabella *C e* MUR. — 17. cunctis spurcitiis *A P*; *C lacuna colmata dal* MUR. *con* quod est ad ea quae — 19. et MUR. *invece di* etiam, *che è nei codd.*

[1] Sul tumulto contro l'Inquisizione pubblicò una dotta memoria Luigi Amabile (*Il tumulto napoletano dell'anno 1510 contro la Santa Inquisizione*, in Atti dell'Accademia Pontaniana, XIX (1888), e cf. dello stesso a., *Il Santo Officio della Inquisizione in Napoli*, Città di Castello, 1892, I, 101 e sgg.), il quale si servì della *Epistola* del Caracc. riferendone, in buona traduzione, i passi più importanti, e confrontandone e completandone con assiduo controllo il contenuto, specialmente rispetto al diarista NOTAR GIACOMO e allo storico aragonese GERONIMO ZURITA. Il lavoro dell'Amabile mi dispensa dall'arricchire questo opuscolo di note assai copiose. Mi limiterò ad aggiungere i nomi dei personaggi e le date degli avvenimenti, generalmente non registrate dal nostro scrittore, ma che si rilevano da altre fonti egualmente attendibili. L'Amabile, pur notando i difetti dello storico umanista, che sono quelli già messi da noi in evidenza, non manca di tesoreggiare la sua testimonianza oculare, anche se non del tutto spregiudicata. Per la storia del tumulto dal punto di vista dei contrasti fra le classi sociali napoletane, cf. M. SCHIPA, *Il Popolo di Napoli dal 1495 al 1522*, in Arch. stor. per le prov. napolet., XXXIV (1909), 687 sgg. e v. anche *Racconti di storia napoletana*, ivi, XXXIII (1908).

[2] Ferdinando il Cattolico e Isabella di Castiglia morta nel 1504.

e sanctis dogmatibus educebant, castigatos e Regno abigerent [1]. Et natio callida versutaque cum sit ad alliciendos ad se homines quaestumque percallens, coeperat Hispanorum plerosque, qui nec ipsi, nec maiores ipsorum, nisi vera Christi Salvatoris dogmata noverant, pernicioso suo veneno inficere. Qua in re adeo praevaluisse feruntur, ut omne rerum arbitrium ad se traherent; nihil esse ducentes tam magnum, quod non auderent, et per se melius agi existimarent. Eoque iam pervenerant, ut affinitates cum proceribus vulgo ingererent, tum ob divitias, tum ob artes, quibus impotentiam regum instruerent. Et iam sacerdotiis manum iniecerant, vectigalibusque, quae non modo publica, sed regulorum redimebant, maxime studebant, occulte callideque serendo, ut regum postulatis obviam iretur. Sicque principum frustratae sunt voluntates: quam causam fuisse remur citius inquirendi illos, et saevius plectendi. Quo terrore et suppliciis cum multi vita et fortunis privati sunt, tum plerique, posthabitis domibus et fortunis, vitae consulentes, fuga se tutati sunt. Quare, etsi deinceps reges quietius imperitarint, non parum tamen et hominibus infrequentius Regnum, et divitiis exhaustum reddidere, sancta illa Inquisitione, seu sanctitatis praetextu. Quare, etsi honesti rectique forsan propositi fuerit inventum, tamen exequendi modus crudelitatis et avaritiae nomen indidit.

Duraverat intentio et rigor facinoris huius in mortem usque Elisabellae reginae, qua cessante, et rege adventu Philippi generi sui ab Hispanis deturbato [2], aliquantisper remissa sunt, quoad rex a nobis ad Hispanias reverteretur, ex quo nulla minori austeritate avaritiaque repetita audivimus. Dumque haec in Hispaniis aguntur, ad nos saepe fama pertulerat, gestire regem ad hoc suum Regnum, et qui similiter inquirerent et punirent, destinare. Quod etsi multorum animos fama haec percusserat, tamen quando diutius prolatum videbatur, credebatur nunquam fore, nec tentaturum principem rem novam et hactenus inauditam, ubi talium criminum nulla suspicio extiterat.

Hac spe, aut opinione subfirmatis animis, proxime ad nos praesul Cephaluditanus Neapolim accessit, Divi Dominici constitutionum professor, ad Inquisitionis officium (ut fama erat) peragendum [3]. Cumque aliquamdiu nihil tentasset, nec adventus sui causam, neque potestatis documenta ostendisset, opperiens, ut eventus declaravit, Officii collegam, cui, profanus cum esset, liceret capitaliter plectere et libenter damnatos expilare. Qui non multis post diebus huc appulit, magnaque illius adventu animorum commotio subsecuta est, adeoque omnium mens in Officium ministrosque excanduit, ut, nullo expectato Inquisitorum ad progressum motu, nec habita, quid acturi forent, cognitione, subito viritim vicatimque privatis et publicis congressionibus acclamatum nullatenus ferendum tale Inquisitionis Officium in se non modo peragi, sed nec indici quidem; proinde, si qui ad hoc venerant, ab omni illius incoepto progressuque desisterent, in bonamque eorum rem, qua venerant, reverterentur. Cumque summussaretur statuta dominica die habituros Inquisitores maxima in aede sermonem ad

---

1\. a Regno MUR. *invece di* e Regno *come nei mss.* — 5. ducentes *om.* *C* - et quod illos per se *A P*; *C come* MUR. — 13. imperitarunt MUR., *ma nei mss. è* imperitarint — 18. generi sui *om. P*; *il nome* Philippi *appare cancellato nello stesso cod.* — 26. constitutionum *hanno i codd.*; institutionum MUR. — 34. venerunt *A*

[1] L'espulsione degli Ebrei dai dominî spagnuoli avvenne il 31 marzo 1492. J. AMADOR DE LOS RIOS, *Historia social, politica y religiosa de los Judios en España y Portugal*, Madrid, 1875-76, 3 voll. e cf. la bibliogr. cit. da BALLESTEROS Y BERETTA nella *Historia de España*, III (Barcellona, 1922), p. 804 e note.

[2] Per i fatti qui accennati cf. p. 59 e nota 2 di questi *Opuscoli*.

[3] Vescovo di Cefalù era a quel tempo Rinaldo di Montoro e Landolina, domenicano di Noto, coadiutore per gli affari dell'Inquisizione dell'arcivescovo di Messina Pietro Bellorado. L'Inquisitore supremo Diego Deza, successo a Tommaso Torquemada, estese al regno di Napoli nel 1504 i poteri del suo delegato in Sicilia. Nei primi anni la disposizione non fu applicata, e fino al 1509 nessuno comparve a Napoli in veste d'Inquisitore. Il vescovo di Cefalù giunse da Roma il 19 ottobre di quell'anno e fu ricevuto dai due reggenti della Cancelleria Geronimo di Colle e messer Ludovico Montalto con tutti i Consiglieri. NOTAR GIACOMO, ediz. GARZILLI, p. 321. Poco tempo dopo (29 dicembre 1509) arrivò Andrea Palazzo, sostituto del vescovo di Vich, inquisitore di Aragona e confessore del re, ricevuto egualmente dai due reggenti e dai membri dei Tribunali. Il vescovo di Cefalù e il Palazzo alloggiarono a casa Medici. NOTAR GIACOMO, p. 322.

populum, paratosque rogatione urbem, Crucifixi Domini atratum praeferendo signum, lustrare, adeo grave intolerabileque acceptum est, ut illico undique convenerint unanimes, se sumpturos arma, et, si quid tale ausi fuerint, etiam vi inhibituros, minitantes. Ad hoc communi omnium sententia et nobilitatis, et honestorum civium, et humillimae plebis, tandem deventum est, ut ad Vicarium regis [1] mitterent, qui hanc unam omnium mentem deferrent. Delegaruntque plures numero ex singulis civitatis regionibus [2], quomodo mitti soliti erant, qui summam iniunctorum audacter retulere, et, cum uni eloqui datum esset, pauci tamen abstinuere, quin ex se aliquid adderent. Ubi relatum, qualis Hispaniarum Inquisitio peracta sit, et quam levibus ex causis crudelissima tormenta et mortes inflictae, quin et indagatum contra iam vita functos, et cremata ossa sepulcris eruta in mortuorum dedecus viventiumque terrorem, praegnantes, non expectato partu, necatas, pueros infantesque pro parentum postulatis exheredatos, puellas et virgines nec suae, nec alienae culpae obnoxias, contra virginale decus pudoremque, nudas per oppida circumactas et dotibus privatas; submissos etiam, qui innoxios tamquam inquirendos territarent fugereque compellerent, fugamque exinde criminum confessionem iudicantes, domos, villas, caeteraque eorum bona fisco addicebant; et famulitii, si quid forte remanserat, in carcerem ad quaestionem trahebant, ut quae abeuntes domini occultassent, indicium ab illis extorqueretur; et longe iis exquisitiori rapacitate, avaritiaque ministra obiectum est, quod in malluviis Jesu nomen celatum haberent, ut illum exspuerent, in illumque excrearent et vomerent, causati stomachi levandi replectionem; nonnullis, quod Crucifixi Domini signum, ubi scaphia et matulas collocaverant, depictum habebant in illius contemptum; subsannasse alios, dum sacra et sermones de Jesu Salvatore agerentur, exinde exitiale exstiterat.

Haec et his plura cum tumultuarie ad hoc missi dixissent, tandem hunc dicendi terminum imposuere, iterum repetentes: nolle civitatem omnino pati inquiri in suos cives crimina sibi ignota, et ubi nunquam similia audita sunt, et similiter subire discrimen lucrionis delatoris, cuius etiam nomen celaturos Inquisitores pollicerentur, et quaestus partem praebituros. Itaque multam fore rapinam oportet, de qua multos ditari velint. Unde liquet non sinceritatem fidei inquiri, quae apud nos christiane viget, sed aes, quod eripi et subtrahi possit. Ergo cum nos et nostra opportunitati regis exposita sint, precamur, ne cum tanto nostro dedecore nos expilari, et sub velamine fidei praedae esse velit, et tamquam infideles occidi. Si ergo Regni quietem et regis gloriam optat, inhibere velit, ne huiusmodi homines ulterius ad agendum procedant, neque orationem de hac re habere, neque rogatione urbem lustrare sinat, si motus et turbellas excitari nolit, quod profecto regi ingratum et indecens foret, et nobis damnum, quibus similia minime cordi sunt, utpote inutilia et inhonesta. Haec et ordine et gestu acta sunt, ut facile turbatos animos dicentium nosceres, quibus adstipulabatur adstantium queritatus et crebra dicentium interruptio, cum nemo satis per oratores mentem civitatis expressam crederet, et se quisque aliquid ad rem pertinens suggerere putaret. Quae oratio, iuxta quorundam iudicium, viriliter audacterque peracta est. Erant tamen, qui, temporum et personarum habita ratione, nimis intentam et, ut honestius dicam, animosam iudicabant postulationem, quam ne eventus aut inconstantem, aut damnosam ostenderet Deum precabantur.

Responsum est a praeside [3], regis literas esse, quibus iubebat Inquisitoribus magistratus adesse, quarum similes tenere se ait Neapolitanos accepisse; vellentque ut hos, tamquam

---

1. praeferendo *hanno i codd.*; proferendo MUR. — 3. ad *om.* MUR. — 8. peracta *A P*; redacta *C seguito da* MUR. — 9. indagatum *A P*; iudicatum *C e* MUR. — 20. habebant *A P*; collocaverant *C e* MUR. - habebant *A*; tenebant *C e* MUR. — 34. foret *om. mss.* — 36. queritatus *A P*; murmur *C e* MUR. — 43. tenere *A P*; credere *C e* MUR.

[1] Vicerè era allora don Raimondo di Cardona caro ai Napoletani.

[2] *Regiones* erano le *Piazze*, nelle quali si dividevano i *Seggi* napoletani.

[3] *Praeses* era il vicerè, che il Caracc. ha chiamato prima "vicarius regis" e poi chiamerà "praesul".

a se missos, ob eorum utilitatem et Christi Salvatoris gloriam, utque eius nomen sincere catholiceque celebretur, benigne grateque accipere, favorabilesque illis esse, si rem gratam facere sibi cuperent, seque eiusmodi rei bene memorem fore. Proinde regis mandata exequi velint, quae utilitatis maximae et honoris causa iusserit, non direptionis, infamiae et occisionis, ut male persuasi ipsi autumant. Magistratus autem munus est sui principis voluntatem exequi, non autem solvere, neque illi obsistere.

Cui minime assensum est; sed quasi chori vox ex diversis una audiebatur causantium regis facilitatem et quaesitorum importunam avaritiam. Itaque perstare iis, quae poposcerant, enixiusque petere, ne quid novari permittat eumque per regis Regnique otium et quietem adiurare, quando nihil, quod magis Regiae Celsitudini conduceret, moliri possit. Quos cum adeo subiratos videret, praesul ipse expectare tantisper responsum iussit, dum consiliarios adeat. Mox revertens respondit: "Ut noscatis meum in vos animum, et id, quod citra "inoboedientiam regis facere possum, libenter praestare, ad regem delegetis, qui rem omnem, "ut hic acta est, enarrent, et civitatis fideliter causam agant; fore enim facile ut princeps "vestras admittat rationes, voluntatique satisfaciat, et ipsi, audito rege, quid suae sit mentis, "quid diu ad hoc agitandum egerit, sine ambiguitate cognoscant, et facile conventuros spe-"rare. Interim se inhibiturum, ne quid novi hac de re Inquisitores moliantur. Hortatur "tamen illos ut quiete pacificeque rem suam quisque agat, nec otium magistratus mentemque "regis turbent, in iramque provocent".

Iis igitur acceptis, discessere. Quem vero ad regem destinarent, mox unanimes elegere eo consensu, ut mirum profecto Neapolitanis videri possit, quem diuturniorem nostri soliti mores non spondent[1]. Et utinam ante egressum oratoris! Non enim iam dissidii semina desunt, et qui tempestive illa spargere norint. Cumque nondum ad regem destinatus necessariis se expediverat, ecce tricarum sparguntur fila. Me tamen et aetas, et longe magis, quae videram meminerimque, suspectum reddunt; sed ominari sinamus. Novimus enim pauca iuxta hominum iudicium evenisse, sed plerumque diversa, saepe etiam contraria. Exitus ergo ostendit rei veritatem, non nostra praedictio. Iis igitur de causis occupatis animis, et oratore nondum digresso, forte evenit, quod multi ad Inquisitorum terriculamentum factum volebant; quare hic subdere non alienum duxi, et simul ut verum liqueat.

Lis pervetusta erat inter civem et magistratum, quem *iustitiarium* appellant, de qua non semel inter partes iurgia et verba utrinque minus honesta iactata fuerant et animorum virus praeseferentia. Cum itaque forte obvii sibi fierent, vir, qui proxime civitatis causam solerter curaverat, et puer patroni, qui e contrario litem diligenter defenderat, primo conspectu se subsannando salutaverunt, deinde, de statu causae perquirendo, ad convicia et verba animos detegentia proruperunt. Hinc rumor percrebuit omnemque pervasit urbem, a cliente illo iustitiarii civem populo carum, ob causam strenue in iustitiarium actam, letaliter percussum esse[2]. Nihil ultra consultius expectato, itur ad arma, tabernae officinaeque clauduntur, quisque armatum se multitudini addere festinat. Itaque expectatione celerius maximam armatorum manum circuisse iustitiarii domum videres, eamque perfringere tentantem, ipsumque exposcere, tamquam perpetratae civis necis auctorem. Haec audientes

1. Redemptoris *A invece di* Salvatoris — 2. admittere *A P*; accipere *C e* Mur. — 3. bene *A P*; bonae *C e* Mur. — 8. quaesitorum *A P*; quaestorum *C*, *seguito dal* Mur. — 9. et quietem *om. C e* Mur. — 13. possim *A* — 18. pacateque *A P*; pacificeque *C e* Mur. — 22. *dopo* oratoris *lacuna in C* — 29. liqueat Mur.; liqueret *mss.* — 30. "Iustitiarius scholarum" sive "Grasserius" *A in margine* — 35. proruperunt *A P*; perruperunt *C*, *seguito dal* Mur.

[1] Il 10 gennaio 1510 avvenne l'unione del popolo e della nobiltà, e tutti insieme elessero ambasciatore al re Francesco Filomarino.

[2] Il difensore della città era Goffredo Caracciolo, del Seggio di Capuana, il quale, nella riunione tenuta dai nobili e dal popolo in San Lorenzo il 7 gennaio, propose che si cacciasse il Palazzo. L'uomo del "giu-"stiziere" ("giustiziere della grascia" o "grassiere") era Colantonio Sanguigno, accusato di aver colpito a morte Luca Russo, che già aveva tenuto l'ufficio di Eletto del popolo e aveva difeso con solerzia gl'interessi cittadini.

magistratus et optimates quamplurimi advolant ad tumultum sedandum, mitigandumque plebis furorem, quem tamen avertere omni arte et studio nequiverunt, donec errorem manifestum ostenderent, et quem graviter percussum audiverant, incolumem beneque valentem coram cernerent. Interea qui ad inquirendum venerant, sibi plurimum timentes, suique causa excitatam plebem rati, alienis domibus pluribus commutatis, secretissimas latebras petierant. Itaque quod controversia civium actum est, id terriculamentum Inquisitorum plerique credunt, et Hispani fere omnes aut tenent, aut causantur. Quaesitores sociique (etsi verum norint) in se arma sumpta mussitare non desistunt. Haec hanc usque in diem acta sunt; finis tamen dubia expectatione est; qualem vero nemini liquere credo. Multi tamen, quod vellent, futurum existimant, non reputantes potentium mentis recessus, ubi quotidie condunt, quae quandoque minus expectato suum ad usum promant.

Oratoris ad regem missi responsum expectatur, quem incolumem isse et reverti optamus. Vir quippe frugi est, sed valetudinis non aeque par; pedibus enim, etsi iuvenis, laborat. Interim sollicitae de responso civitati anxiaeque, quod aliquamdiu nuntii morabantur, allatae sunt literae ab oratore ad sexviros [1], quibus causabatur tarditatem appulsus ad regem valetudine, qua itinere tentatus, non adeo, ut volebat, ad iter intenderet. Sicque tardius quam optaverat, sed quam timuerat longe citius, ad aulam pervenit. Ubi a rege benigne acceptus, et mandata prolixius distinctiusque exponens, attente placideque auditus. Cui rex satis sereno vultu placidisque verbis respondit, non profecto illis de causis, quibus perperam Neapolitani persuasi fuerant, aut vererentur, sed pro fidei puritate Christique Salvatoris gloria, sui et subditorum claritate vitae morumque, Inquisitionem huiusmodi Neapoli intentari per suos velle; neque eos, quorum maiores salutari unda perfusi essent, tali indignationi subiacere. Sed, instantibus conventibus [2], se daturum operam, quoad illos dimiserit, ut mox per aliquem senatorum [3] intelligat, qui ad eos, qui ad illum miserant, respondere valeat, quid suae mentis fuerat.

Sex vero dies post receptas hasce literas, recentes aliae afferuntur, quibus civitatem scire volebat, cum nequaquam expectatum saepiusque requisitum responsum ab iis, quos reddituros speraret, accepisset. Visum est per se iterum regem compellere, ut dignaretur sua Celsitudo brevi petitionibus Neapolitanorum assentiri, ostendens, quam gloriosum suae Maiestati et conducibile nobis suis fidelibus futurum esset. Cui paucis curaturum se quamprimum et iustifice respondere, nec potuisse propter circumseptum a purpuratis regem ulterius alloqui. Quae, ut primum pervulgata sunt, civitatem omnem adeo iterum, sed varie commoverunt, ut paene omnium mentes male affectas ostenderent, ut qui responso tali negatam postulationem iudicarent. Alii demisso capite, considerato quam discriminosa res esse posset, tristes secum, aut cum paucis sui similibus meditabantur. Alii vero, et hi pars maxima, invicem se adeuntes, proprias claudentes tabernas, alienas ineundo, hoc responsum maxime verentes, ut venturi mali praenuntium, ferocioribus verbis non id pati debere mutuo se hortantes, similiter vicatim coetus eadem de re non modestius loquentes aspiceres, et velut iustitia indicta curiam [4] suam unusquisque petere, ut quid agendum foret, consultaret. Itaque per nobilium consessoria, perque civium conventus decretum est, secundo regis vicarium maiori numero una cum sexviris expostulatum iri velle, enixiusque regi eorum nomine supplicare, nolit rem tam acerbam ipsis sibique invisam executioni tradere. Profecto hoc se augurari malum, negotiaque molesta perpetuo adfuturum, quantique discriminis sit, nosse regem, subditis displicuisse, nemo ignorat, iure vel iniuria nil distantibus.

---

14. *A aggiunge, dopo* aliquamdiu, praeter expectactionem — 20. Redemptoris *A P*; Salvatoris *C e* MUR. — 26. vero *A da preferirsi a* fere *di C e del* MUR.

[1] *Sexviri* sono gli Eletti della città di Napoli.

[2] *Conventus* chiama qui il Caracc. il Parlamento di San Lorenzo.

[3] *Senatores* sono i Consiglieri del re, che qualche riga appresso sono chiamati *Purpurati*.

[4] *Curiae* chiama il Caracc. i *Seggi* della città, da lui distinti in *Consessoria nobilium* e *Conventus civium*.

Sicque catervatim inde reginam Ferdinandi prioris uxorem eadem petitum adeunt [1]. Nec intermisso cursu ad Cardinalem Surrentinum eamdem orationem habuerunt [2]. Ab utrisque idem responsum: molestissimam sibi esse huiusmodi rei mentionem, utpote multorum mentibus et quieti adversam, scripturos nihilominus se accuratissime ad regem, precibusque efficacissimis rogaturos, ut quavis ratione Neapolitanis hac in re benevolum se exhibere vellet. Scripserunt et ipsi, urgentes oratorem, ut perseverare velit in priorum postulationum constantia, et scire quam male acceptum fuerit ultimarum literarum responsum. Quod si e re iudicaret, literas ipsas regi ostenderet.

Haec hactenus a secundis receptis literis acta sunt. Expectatio maioris timoris, quam spei est. Animi civium valde moti visuntur, et quotidie aliquid novi susurri auditur, nunc venisse iam Inquisitionis metam, sed celari a magistratibus donec consultius regis responsio reddatur; modo non venisse, sed prope diem adfuturam dicunt, et pro causis coniecturas disseminant. Observatur interim quam minimus Inquisitorum motus; domum enim prope arcem, ab eis magna importunitate quaesitam, volunt, ut Officium licentius tutiusque ibi peragere possint.

Exiit deinde vi kalendas octobris [3] (sive rumor, sive suspicio mentes hominum subierat) vox, quae ingenti motu civitatem exagitaret, venisse literas, ut Inquisitio indiceretur, velleque postridie regis vicarium de hac re concionem habere, ibique mentem regis velle aperire, ut id pacate perageretur. Quod adeo pro comperto acceptum est, ut illico ad conventicula concursum sit, acclamatumque ut tabernae et officinae occluderentur, armisque sumptis convenirent, vindicaturi, si quod Inquisitionis nomen audirent. Adfuere et ea insania homines, ut tintinnabulis ad arma plebem excitandam dicerent. Res maximo quidem discrimini ingentique malo proxima fuit, quod prudentiorum interventu vitatum est, et communi ordinum sententia visum, per primarios regionum viros et numero ampliori Regni praesidem convenire, ipsumque enixe deprecari, obviam iret tam pernicioso ingentique malo, et per regis obsequium quietamque civitatis salutem orare, cui adeo invisum hoc Inquisitionis nomen, ut quodvis dispendium perpeti, quam illam admittere praeoptaret. Proinde etiam, si a rege literas aliter imperantes haberet, ut nolit eas propalare, neque quod iubeat exequi existimetque regi nihil gratius futurum tranquillitate et otio subditorum; cum ipsum tantilla de re sperent, nolle egregiam hanc suam, Maiestatisque suae commodis expositam civitatem corrumpi, aut talis infamiae nota uri. Quibus mirari se respondit, cum nihil tale, neque a se, neque a rege perceperint, tam indecentes excitasse rumores. Quippe sibi negotium hoc omni ex parte molestum, et anxiae curae esse materiam; velle tamen cognoscant Neapolitani suam in hac re mentem, nec minus pro quiete et otio sui principis, quam totius Regni accuratissime scribere ad regem, eumque etiam atque etiam orare, ut ab Inquisitione desisti procuret. Monere tamen magnopere et exhortari illos interim, ne ad facinus aliquod prolabantur, quod regem pro maiestate non adeo placabilem et mitem esse sineret; sed potius vel ingratiis suis dissimilem fore cogeret. Daturi utrique ad regem literas discedunt. Haec ad hanc diem acta noscuntur.

Interim dum responsum expectatur, nunquam desitum est subtumultuari, et conciones crebras haberi tam nobilium, quam plebeiorum; et quoties recens aliquid de acerbitate Inquisitionis allatum, seu fictum, seu verum est, itur a quocumque ad sua conciliabula, et semper idem, damnatio scilicet et acerbitas Inquisitionis, agitatur; remedii autem nihil, nisi

---

5. benevolum *P*; beneficum *gli altri mss. e* Mur. — 18. *i codd. aggiungono* velle *dopo* regis, *che* Mur. *om.*

[1] Giovanna d'Aragona, sorella del re Cattolico e vedova di Ferrante il Vecchio, una delle *tristi Reyne*, che erano allora a Napoli. La notizia del Caracc. è sfuggita alla Scandone, *Le tristi Reyne di Napoli Giovanna III e Giovanna IV d'Aragona*, in Arch. stor. per le prov. nap., LIII-LIV (1928-29).

[2] Il cardinale di Sorrento era Francesco Remolini, che l'anno appresso sostituì il vicerè partito per la guerra contro i Francesi.

[3] Ossia il 26 settembre [1510]; ma Notar Giacomo (p. 327) registra il fatto sotto il giorno 23 di quel mese.

ad regem iterentur et inculcentur priores literarum petitiones. Hoc adiectum est etiam, ut rogationes, lustrata urbe, annuntiatae haberentur, quas proceres, nobiles, universusque populus sequerentur: ordine vero eo, quem, si adfuisses, risisses forsitan, aut stomachosus recessisses [1]. Haec coram melius intelliges, et tunc de nostra sapientia aequius iudicabis. Ne vero seriem describerem, metus fuit in causa, ne forte in manus nostrae literae devenissent, a quibus levitas nostrae urbis merito videretur. Nonnullos post dies literae oratoris nostri redditae exiguam vulgo spem praebuere. Scripserat enim Augustinum vicecancellarium solito meliuscule visum de re nostra sentire et loqui, quare orare nos, velimus ad illum literas publicas dare, quibus tamquam de re benemerito gratias agamus. Insuper enixe precari, nostrum ut sumat patrocinium, foreque nos exinde beneficii memores, et laboris non ingratos polliceri. Quarum interpretamenta, quam varia, dissona, quin etiam contraria sint, tibi, qui commentantium ingenium et libertatem populi nostri noscis, liquere non dubito. Concursatum per vicos et fora, obviis se intuentibus invicem, mutuoque interrogantibus. Nec secus in nobilium consessoriis inaniter laboratum est.

His adhuc exercentibus nos rumoribus, ecce novi suboriuntur. Quippe sexvirorum unusquisque suos tribules admonuit, habere se ex hebraeo Appulo, cuius reddebant nomen, et ex christianis duobus, quorum nomina iureiurando acceperant, et propterea non ederent, coepisse iam inquiri Monopoli, et praesidis provinciae illius ministros subinde spectari commonentes populos, velint, quae rex mandaverat, libenter admittere, et sine tumultuatione Inquisitionem exequi [2]. Quanta commotio his nuntiis agitata sit, nisi qui viderint, credere minime possent. Per vicos furentium more, perque fora et templa querentes se decipi, quod minime ferendum esset. Expostulandum propterea cum praeside, quando pollicitus fuerat ad responsum usque regis nihil de Inquisitione innovari: agi contrarium. Nunc enim, aiebant, nosse nos Inquisitionem procedere se insciis, et versute aliunde coepisse, ut ad nos mitius perveniret. Vix itaque aliquibus maturioris sententiae viris obtemperatum, ut praesidem adirent, illumque eorum, quae audierant, certioratum ordine redderent. Sciscitarentur insuper, quid de talibus nuntiis haberet, et si vana essent, non oportere ulterius progredi; sin vera, supplicarent ut malum ne serperet, provideret quin potius extingui curaret. Quod profecto in regis gloriam, eiusdemque et nostrum quietem plurimum facere existimamus.

Dum haec agitantur, incertique adhuc, vera ne fuerint, an secus ex Apulia allata, et in labore et metu esset civitas, ecce praesidis stratores sexviros ad illum ire nuntiantes, secumque nonnullos civium suo quoque ex ordine ducere, audituros profecto rem laetam omnique civitati pergratam. Colligentibus se vocationi, adhuc non desitum est dubitare, et metus non minus spei secum afferre. Adeuntes vero praeses vultu prius, quam voce cura levavit, et bene sperare promisit; deinde laeto benignoque ore inquit habere se a rege literas, quibus mandaverat ut Neapoli reliquoque eius Regno minime inquireretur; pro comperto enim habebat, a christianorum quoque primordiis hic fidem mere sincereque servatam,

3. *dopo* recessisses *A annota in margine*: Principes, viri regales et caeteri primates cum infimae plebis sordidisque hominibus iunctis lateribus atque etiam manibus processisse dicuntur, quod et nos vidimus in anno 1547 — 4. *dopo* et *A aggiunge* tunc *om. dagli altri mss. e dal* Mur. — 5. devenirent *C* — 12. et libertatem nosti *C* — 17. *dopo* iureiurando *A P aggiungono* celaturi — 19. mandaverat *A P*; mandaret *C seguito dal* Mur. — 26. *dopo* audierant *A aggiunge* legerantque

[1] Il Caracc., appartenente alla nobiltà conservatrice, non approvava naturalmente l'eccessiva familiarità stretta col popolo.

[2] N. Ferorelli, *Gli Ebrei nell'Italia meridionale dall'età romana al secolo XVIII*, Torino, 1915, 217 sgg.; ma le notizie dalla Puglia giunsero, come si vede dal Caracc., quando il movimento contro l'Inquisizione era già in corso, ossia nel novembre 1510, non, come dice l'autore, prima del suo inizio. Egualmente la data dell'espulsione degli Ebrei è anticipata dal Ferorelli al gennaio 1510, mentre avvenne nello stesso mese di novembre di quell'anno. Se così non fosse stato, non si comprenderebbe perchè il termine per l'uscita dal regno fosse ritardato sino al marzo 1511. G. Paladino, *Privilegi concessi agli Ebrei dal vicerè d. Pietro di Toledo* (1535-36) in Arch. stor. per le prov. napol., XXXVIII (1913), 617 sgg.

nullaque contagionis nube praetensam. Itaque eis benigne tribuere, ne suspicionis quidem nota inurantur; ostenditque literas regis signatas manu, quae dixerat, affirmantes. Habere insuper pragmaticas, quibus imperat Iudaeos cuncto hoc suo abire Regno; ad quorum abitum martium mensem proximum terminum imposuit. Interea licitum sit sua libere otioseque distrahere, commutareque cum quibusvis, et quae ex illis resumpserint, secum libere exportare, excepto auro, argentove rudi, seu signato, quod in antiquis Regni constitutionibus cautum est. Eademque pragmatica omnes neophitos, qui in Apulia Calabriaque degunt, quique ex Iudaeis ibi oriundi cognoscebantur, intra terminum Iudaeis datum iisdem conditionibus Regno abire mandat. Interim neminem illis iniurium aut molestum esse vellet. Verum si pertinacia ausi fuerint praestatutam diem non servare, et in Regno persistere, cuncta eorum bona, ipsosque, ubinam Imperii sui inventi fuerint, ipso iure diripi et capi licere.

Ingenti igitur laetitia accepta est eius oratio, revertentesque vicatim, quae audierant, recensentes, omnis civitas exultare, et bene precari regi, tintinnabulisque undique personare coepit.

Sperabam equidem gaudium laetitiamque diuturniorem futuram, ut possem per literas tibi, cum coram non dabatur, congratulari de tam exoptato et demum ultro oblato beneficio; ni princeps ille discordiarum diabolus suae artis ministros, qui eius semen spargerent, submisisset, susurrantes non perspicue pragmaticae quaedam verba ambigua Inquisitionem penitus tollere, sed dolose nobiscum agi. His itaque stimulis agitata multitudine, turmatim consultaturi eunt, quid facto opus esset, quoniam pars maxima in fraudis suspicionem devenerat. Visum est a praeside postulare, ut praeconium emittere biduo differret, dum legisperitos consulerent, an pragmatica aliquid in se haberet quod etiam Inquisitionis in nos saperet. Quos et praesumptionis et diffidentiae arguit; mirari se inquiens, dubitare eos, quibuscum Celsitudo Regis tam benigne liberaliterque agi mandaverit, qualiterque tot nobilium reliquarum civitatum suarum nulla sibi ab illo versute imponi, et subdole agi audere crederet: fuerat quidem iustius, tantum beneficium cognoscere, illiusque perpetuo memores esse. Irent ergo, et tam optata gratia frui, et gaudere sciant.

Reversis mox civitas omnis susurrat, patere iam strophas, et in facto esse, postquam praeses tam moleste tulerit interrogari, praecones biduo, ne pragmaticam publicarent, detinere noluerit. Obstrepitum verius, quam consultatum diei reliquo. Sequenti vero, qui fuit III kalendas decembris [1], praecones ceterique eiusdem officii suum peracturi munus ad Sellarios [2] usque tacite devenere: quibus visis, tubarumque vexillis agnitis, ingens multitudo se illis obiecit vociferando. Tunc territi praeconii aversi ministri fugere, qua venerant, coeperunt. Non pauci clamantes sequebantur. Sunt etiam, qui impetitos luto viderint, fustibusque deterritos, ita ut abirent, citra sonitum populum excitantem pragmaticaeque enuntiationem. Erant, qui accursationes levium et curiosorum fortuito sine praeconum iniuria factas vellent, et utriusque relationis oculatos testes se exhibebant. Impeti illos coeno, fustibusque fugari, vidisse alii affirmabant. Nec deerant qui negotio interfuisse, et nihil tale non modo vidisse, sed nec etiam esse actum affirmabant. Cessavit ergo ex omni urbis parte praeconium eo die.

Ingens deinde multos incessit cura, ne tali motu itum ad Maiestatem foret, maxime cum etiam qui conclamatum esse audissent, dicerent omnes tabernas claudi, et regia edicta propalari. Levior enim, et, ut solet, maxima pars, haec pro nihilo haberi volebat, et praedicabat, cui potioris conditionis non minima pars non adstipulabatur: quare aliquantulum inter eos certatum, et eos, qui minime volebant, disceptatum est. Convenere tamen ut ad Divi

---

5. quibus libuerit *P*; quibus licuerit *A*; quibusvis *C*, *seguito dal* MUR. — 8. *dopo* oriundi *A aggiunge* vel orti — 18. *dopo* ambigua *A annota in margine:* utque ipsi interpretabantur subdola verba omnimodo — 22. *dopo* aliquid *i mss.*, *salvo A*, *e il* MUR. *om.* in se haberet quod — 32. tacentes *A*; taciti *P*; tacite *C e* MUR. — 33. aversi *om. C e* MUR.

[1] Il fatto è registrato da NOTAR GIACOMO sotto il 22 novembre, non al 29 di quel mese (p. 332).

[2] *Ad Sellarios*, ossia alla Piazza della Selleria.

Laurentii aedem iretur, ibi quid agendum esset, disceptaturi. Quo in consilio tantam multitudinem adfuisse cerneres, ut artificum neminem in suis tabernis, aut officinis reperire posses. Et adeo indiscrete confuseque concioni se turba immiscuit, ut nihil eorum, quae ad id electi consulebant, esset, quod audirent, et suis non requisitis responsionibus non interpellarent. Haec concio in tertiam noctis horam a prandio producta est, et, nisi nox finem imponeret, coegissent diutius durare, ut vocum dissonoritas et sententiarum diversitas pollicebantur. Coacti ergo in tempestate noctis concionem solvunt. Sicque importuna eadem noctis hora arcem adeunt, praesidemque conveniunt; eadem, quae prius, tumultuose petunt: dilationem scilicet duorum dierum, dum per legisperitos pragmatica reviseretur; liberum deinde illi futurum edicta regis per praeconem publicare. Praesentis diei motus potius pro errore defensionis, quam pro culpa, purgatus est: quibus, qualiscumque fuerit, pro nihilo duxisse respondit. Pragmaticam vero consultent, quamdiu velint; dilationem bidui, quam postulant, non esse necessariam, quoniam pro nuntiata iam habebat proxima praeconum apparitione: si autem per se promulgare velint, fore eorum arbitrii. Sic ab eo discessum. Varia responsionis interpretamenta, partim culpantium postulata, partim aeque laudantium, unde tale emanaverit responsum. Postque multa visum est iterum praesidem compellere, vellet pragmaticam per solita urbis loca praeconis voce notam facere; fore id carissimum cunctis: quod factum est citra dissidium, aut tumultum aliquem.

Sperabam equidem receptis a rege literis, quibus ad Inquisitionis metum efferebamur, laetissime signare, et complicare has ad te potuisse. Quod ne fieret, multorum nostrorum ingenii perspicuitate et nimia prudentia effectum est. Et utinam perficere per eorumdem, ut sibi videtur, prudentiam liceat. Restat enim adhuc, quod nos exerceat, negotii non parum, quod in nos attraximus, et dissidii semina evellere: quae utinam tam facile facere possimus, quam salubriter et honeste debemus. Cernimus enim in dies insolentiam pertinaciamque multorum augeri, et, quod pessimum iudico, quanto quisque quieti et veritati magis adversus est, tanto plures spectamus, qui illorum accedant sententiae, et paene conceptis sequantur verbis [1]. Vale.

---

3. confuseque *om. C e* MUR. — 16. compellere *hanno i mss. in luogo di* compellare, *che è nel* MUR. — 23. evellere *hanno i mss. in luogo di* vellere *che è nel* MUR.

[1] La chiusa della *Epistola* rispecchia le idee conservatrici del Caracc..

VI.

GENEALOGIA DI CARLO PRIMO [D'ANGIÒ] RE DI NAPOLI

CAROLI PRIMI REGIS NEAPOLIS GENEALOGIA

TRISTANI CARACCIOLI

CAROLUS Andegaviae et Cenomaniae comes [1], Ludovici Francorum regis et Blancae regis Castellae genitae filius et Sancti Ludovici regis frater, uxorem habuit Beatricem ultimo genitam et heredem Raymundi Berengarii Provinciae comitis, ex qua Carolum filium unicum suscepit. Hic ab Urbano IV Pontifice Romano in Manfredum Federici Caesaris filium, Regni Neapolis occupatorem, Romanae Ecclesiae infensum, in auxilio vocatus Romam venit anno salutis 1263, et ab eo utriusque Siciliae rex designatus, donec expeditioni necessaria parantur, Romae senatorio munere functus est. Mortuo denique Urbano, a Clemente IV in Lateranensi Basilica rex unctus est et coronatus: anno 1265, ad Regnum armis capessendum profectus, Manfredo vita et regnis spoliato, victoria potitus est. Regnavit annis XIX, vixit LX, obiit Fogiae anno salutis 1284 [2].

Carolus II, Caroli I filius, ex Maria Hungariae regis filia quatuordecim filios genuit, novem mares, feminas quinque [3].

I. Primus e maribus Carolus Martellus appellatus est, Salerni princeps et Honoris Sancti Angeli dominus, qui vivis adhuc parentibus materno iure Hungariae rex factus est.

II. Ludovicus Episcopus Tolosanus, qui ob vitae innocentiam inter sanctos relatus est.

III. Robertus Calabriae Dux, qui postea rex patri successit.

IV. Philippus Princeps Tarentinus.

V. Raymundus Berengarius, qui absque liberis vita functus est.

VI. Johannes Thomas clericus, qui obiit admodum puer [4].

VII. Tristanus natus quo tempore Carolus pater captivus citeriori in Hispania detinebatur, qui et ipse in infantili aetate functus est [5].

---

1. Siciliae Regis *P A* — 3. Cenomaniae *A P*; Caramaniae *C e* MUR. — 8. in auxiliis *P A C*; auxilio MUR. - Romam venit *om.* MUR., *ma è in tutti i codd.* — 9. expeditionis MUR. — 13. genita *P A*; filia *C e* MUR.

[1] *Cenomaniae comes*, ossia conte del Maine, uno dei titoli di Carlo I d'Angiò.

[2] Oltre a Beatrice di Provenza, Carlo I sposò Margherita di Borgogna. Da Beatrice nacquero quattro maschi, due dei quali, Carlo II e Filippo, ebbero moglie e figli, e tre femine. Un'altra figlia nacque da Margherita. C. MINIERI RICCIO, *Genealogia di Carlo I di Angiò*, Napoli, 1857. Carlo I morì a Foggia il 7 gennaio 1285. Era nato nel 1226.

[3] Carlo II d'Angiò ebbe da Maria d'Ungheria tredici figli, otto dei quali maschi. Un nono figlio dello stesso sesso a nome Galeazzo nacque bastardo e se ne ignora la madre. C. MINIERI RICCIO, *Genealogia di Carlo II d'Angiò re di Napoli*, in Arch. stor. per le prov. napol., VII (1882). Lo stesso aut. nell'altro lavoro cit. nella nota precedente aveva però attribuito a Carlo II quindici figli, quattordici dei quali nati dalla regina Maria.

[4] Questo Giovan Tommaso "chierico" non figura nella *Genealogia* compilata dal Minieri Riccio.

[5] Il Minieri Riccio lo chiama Giovan Tristano. Precedentemente ne aveva fatti di uno, due, sicchè il

VIII. Johannes Achaiae Princeps et postea Dyrrachii Dux.

IX. Petrus comes Gravinae, qui in Hetruria in proelio Montis Catini in subsidium Florentinorum missus, anno aetatis suae 36 obiit.

X. Feminarum prima fuit Clementia uxor Caroli Valesii [1].

XI. Secunda Blanca uxor Jacobi Aragonum regis, quae vixit annos 34.

XII. Tertia Eleonora uxor Federici, fratris Jacobi regis Aragonum, qui Siciliae Regnum invito fratre occupaverat. Haec vixit annos 40.

XIII. Quarta Maria, quae nupsit Maioricarum regi.

XIV. Quinta Beatrix, primo Marchioni Ferrariae, deinde Beltrano Baucio Montis Caveosi comiti nupta.

Maria vero regina horum omnium mater obiit Neapoli et in ecclesia S. Mariae Dominae Reginae Sororum Minorum S. Francisci sepulta est.

Carolus vero II eius vir obiit extra Neapolim in Hospitio Regio, quod Casam novam appellant anno 1309, et aetatis suae 60, die v maii, anno regni sui 25. Sepultus est in aede Divi Dominici Neapolis, mox in Provinciam in aede Beatae Mariae Nazareth in Aquis translatus est [2]. Post eum Robertus eius filius tertio, ut diximus, genitus rex factus est.

Carolus Martellus Hungariae rex et Caroli II primus in ordine filius, Princeps Salerni et Honoris Sancti Angeli dominus, Elisabeth uxorem duxit, filiam Rodulphi Romanorum regis [3], ex qua habuit filium et Clementiam filiam. Verum vivis adhuc parentibus anno aetatis suae 30 diem obiit, et in Cathedrali Ecclesia Neapolis prope Caroli I avi sui tumulum sepultus est, superstite Carolo filio, qui in Hungariae Regno successit.

Clementia filia Ludovico Galliae et Navarrae regi nuptui tradita est.

Carolus, Caroli Martelli filius et Caroli II nepos, quem in Hungariae Regno, vivo adhuc avo, successisse diximus, Elisabeth, sororem Poloniae regis, uxorem habuit [4], ex qua Ludovicum post ipsum Hungariae regem, et Andream, et Stephanum suscepit.

Ludovicus Caroli huius filius, rex Hungariae, uxorem duxit filiam Caroli IV Caesaris et Boemiae regis, ex qua prolem non genuit; eaque mortua ex Elisabetha, filia Bani Bosnae, filias procreavit, Mariam scilicet primogenitam, per quam Hungariae Regnum ad Marchionem Brandeburgensem, cui illa nupserat, translatum est, et Annam uxorem regis Istriae pagani, quae successit Hungariae regi patri suo in Regno Poloniae, quod ipse pater dotali iure materno possederat. Qui rex Poloniae eius vir obiit 1383 [5].

---

3. 36 *PA*; 38 *C e* Mur. — 5. secunda *om.* Mur. *e così la successiva numerazione* — 15. in aede *PA*; aede Mur. — 18. dominus *om.* Mur. — 27. filia Bani Bosnae *om. C e* Mur., *non PA*

numero totale dei figli di Maria d'Ungheria era salito a quattordici invece di tredici quanti effettivamente furono.

[1] Si chiamava invece Margherita ed era la terza delle femine. Le altre figlie di Carlo II furono Maria, che nel 1306 sposò Sancio d'Aragona re di Maiorca, Bianca moglie, dal 1 novembre 1295, di Giacomo II d'Aragona, morta il 16 ottobre 1310, Beatrice, che ebbe due mariti, ossia Azzo I d'Este (1305) e Bertrando del Balzo (1309), ed Eleonora, moglie di Federico di Trinacria, morta il 9 agosto 1343.

[2] La traslazione della salma di Carlo II in Provenza avvenne nel giugno 1310. Carlo II nacque nel 1254. Non aveva quindi sessant'anni. Nella scrittura citata e in parte riportata dal Cutolo, *Il regno di Sicilia negli ultimi anni di vita di Carlo II d'Angiò*, Roma, 1924, p. 59 sgg. sono enumerati i figli del re. Vedi Archivio di Stato in Napoli, *Monasteri soppressi*, 693, p. 90 sgg. e cf. M. Camera, *Elucubrazioni storico-diplomatiche su Giovanna I regina di Napoli e Carlo III di Durazzo*, Salerno, 1889, tav. I.

[3] Non Elisabetta, ma Clemenza si chiamava la moglie di Carlo Martello. I figli nati da loro furono tre, Caroberto, Beatrice e Clemenza. Carlo Martello, nato nel 1271, morì fra il 6 e il 19 agosto 1295. La consorte lo seguì subito dopo nella tomba. Mich. Schipa, *Un principe napoletano amico di Dante* (*Carlomartello d'Angiò*), Napoli, 1926, nuova ediz. interamente rifatta. Per la sua tomba v. L. De la Ville sur Jllon, *Tombe reali nel Duomo di Napoli*, cit., p. 166.

[4] Elisabetta, figlia di Ladislao I re di Polonia, fu la terza moglie di Caroberto, il quale in precedenza aveva sposato Maria di Polonia e Beatrice di Lussemburgo.

[5] La prima moglie di Luigi, re d'Ungheria e di Polonia, si chiamò Caterina, che morì nel 1349 senza aver dato alla luce alcun figlio. Da Elisabetta, figlia di Stefano, bano di Bosnia, da lui sposata nel 1353, nacquero Caterina morta in tenera età, Maria, moglie di Sigismondo di Lussemburgo, e Edvige, che, dopo

Andreas, Caroli secundogenitus, ex Roberti regis voluntate, Johannam, ex Carolo Calabriae Duce Roberti neptem, uxorem duxit, et mortuo Roberto Regno Neapolis potitus est; triennio tamen post a Johanna regina uxore suspendio necatus est.

Ex his, Andrea scilicet et Johanna, unicus natus est filius, Robertus Martellus appellatus, post mortem patris. Verum haud diu supervixit. Corpus Andreae regis Neapolim relatum est impensis Ursilli Minutuli canonici Neapolitani, honestisque funeralibus in Ecclesia Cathedrali prope avum sepultus est. Vixit annos 24, obiit anno 1345 mense septembris.

Ludovicus rex Hungariae eius frater ad vindicandam Andreae necem in Regnum profectus est anno 1347 mense ianuarii. Cumque illi Aversae proceres processissent, Robertus Princeps Tarentinus Constantinopolitanus Imperator vocatus, et Philippus frater eius, item et Carolus Dux Dyrrachii, et Ludovicus, et Robertus ipsius fratres, omnes, tamquam sceleris conscios, capi iussit; Carolum tamen Dyrrachii Ducem in loco, quo Andreas rex suspendio necatus fuerat, capitali supplicio affici voluit. Mox Neapolim profectus est, recepta etiam ex Johannae reginae mandato arce, quae Johanna paucis ante diebus e Neapoli in Provinciam mari per triremes delata fuerat. Ludovicus autem puerum Robertum in Hungariam misit, et cum eo principes viros, quos supra memoravimus captos, quos usque ad annum salutis 1352 in vinculis habuit. Robertus vero Martellus eodem anno, quo in Hungariam appulit, vita functus est et cum regibus sepultus [1].

Stephanus tertiogenitus Caroli regis Hungariae uxorem habuit .... Ducis Bavariae filiam, ex qua Elisabeth unicam filiam suscepit [2]. Sed ad recensendum Caroli II regis Siciliae filiorum ordinem redeamus.

Robertus Calabriae Dux, tertius in ordine Caroli II filius, duxit uxorem Violantem Petri Aragonei regis filiam, ex qua filium habuit Carolum Calabriae Ducem, qui postea patre superstite diem obiit. Post Violantem mortuam, Xanciam, Maioricarum regis filiam et Violantis consobrinam, uxorem duxit, ex qua liberos non suscepit.

Hic Robertus, habita cum Carolo Caroli Martelli filio Hungariae rege de Regni Neapolitani successione controversia, Avenione a Clemente V Romano Pontifice rex declaratus est anno 1309 die Dominico, die primo augusti, et regnavit annos 33, menses octo et dies 15. Et mortuus, sepultus est in aede Divae Clarae, quam ipse a fundamentis erexerat, anno 1343 idibus ianuarii, aetatis suae anno 68 [3].

Roberto successit Johanna, ut dictum est, eius ex Carolo unico filio neptis, et Andreas eius vir. Xancia regina Roberti uxor, cum in regio palatio annum iam sedulo viduitatem servasset, monasterium Sanctae Crucis, quod iam pridem construxerat, ingressa, inter moniales in paupertate et humilitate quievit anno 1345 mense augusti [4].

Carolus Dux Calabriae, unicus Roberti regis filius, tres habuit coniuges, Catharinam scilicet filiam Ducis Austriae, ex qua prolem non habuit. Eaque mortua et in aede Divi Laurentii sepulta, Mariam duxit Carolo Valesio Philippi Francorum regis fratre genitam, ex

---

6. impensis *A P*; impensa *C e* Mur. — 8. necem *P A*; caedem *C e* Mur. — 16. numeravimus *A P C e* Mur. memoravimus Gravier, *che mi pare da preferirsi* — 21. redeamus *A P*; redeam *C*; redeo Mur. — 27. successione *om.* Mur. *A C*, *non P* — 29. sepultusque *C e* Mur.

essere stata fidanzata il 29 luglio 1376 a Guglielmo di Austria, denominato l'Ambizioso, sposò Ladislao II Iagellone re di Polonia (18 febbraio 1386). Edvige successe al padre sul trono di Polonia e fu incoronata il 15 ottobre 1384. Luigi d'Ungheria, padre e non, come lascerebbe credere il Caracc., marito di Edvige, morì il 10 settembre 1383. Iagellone, già granduca di Lituania (*Istriae*), e ancora seguace del paganesimo, ricevette il battesimo con tutto il suo popolo, chiamandosi Ladislao, all'atto in cui fu eletto re di Polonia e impalmò la regina Edvige. Egli morì il 31 maggio 1434; la moglie era morta sin dal 1399.

[1] Per Andrea d'Ungheria, la sua morte e la sua sepoltura cf. la *Vita di Giovanna Prima* e note relative. Andrea, nato il 30 novembre 1327, morì diciottenne. Suo figlio, Carlo Martello, morì a Visegrad nel 1348.

[2] Stefano, figlio di Caroberto, sposò una figlia di Luigi duca di Baviera, dalla quale nacque un'altra Elisabetta, che fu moglie di Filippo III di Taranto.

[3] Roberto d'Angiò, nato nel 1278, morì di sessantacinque anni il 20 gennaio 1343.

[4] Sancia, dopo aver vestito l'abito monastico nel 1344, morì il 28 luglio 1345.

qua filios non habuit. Moxque ea defuncta, Matilda, comitis Sancti Pauli filia et Catharinae imperatricis Philippi Principis Tarentini coniugis sorore, accepta, duas genuit filias, Johannam, quae Roberto successit, et Mariam postumam. Obiit die Divi Martini anno 1328 [1].

Johanna huius filia post Andream, ut supra memoravimus, e medio sublatum, Ludovicum unum e filiis Philippi Tarentini Principis sui patrui magni, virum sibi delegit. Ludovico mortuo, Jacobum duxit regis Maioricarum fratrem, et post eum, qui haud diu vixit, Othonem Ducem Brunsvicensem, quem non regem, sed Tarenti Principem appellari voluit, ex quo etiam non concepit. Et anno 1382 a Carolo III rege capta et eius iussu strangulata, in aede Divae Clarae Virginis sepulta est, anno aetatis suae 52 [2].

Philippus, quartus in ordine ex Caroli II filiis, Princeps Tarentinus, ex filia Despoti Romaniae, quae patri successerat, duos habuit filios duasque filias. E filiis maior fuit Petrus, ex hereditate materna Romaniae Despotus, cui Maioricarum regis filia nupsit et absque liberis, vivo patre, adolescens decessit, et sepultus est in aede Divi Dominici Neapoli prope avum. Minor fuit Carolus, qui in Etruria cum Petro patruo pro Florentinis pugnans cecidit. Ex filiabus prima fuit regina Armeniae, secunda Beatrix Gualterii Brennae Athenarum Ducis et Lupiae comitis uxor, quae fuit sterilis. Mortua prima uxore, Philippus Mariam Caroli Valesii filiam in uxorem accepit, ex qua filios non suscepit. Eaque vita functa, ex Catharina Balduini comitis Flandriae et imperatoris Constantinopolitani filia et Imperii herede, tres filios et duas habuit filias. Filiorum primus fuit Robertus; secundus Ludovicus; tertius Philippus. Filiarum prima fuit Margarita; secunda Maria [3].

Robertus, ex tertia uxore primogenitus Philippi Tarentini filius, successit parentibus, et Imperio, et Principatui, et duxit uxorem Dominam Mariam Borbonam Ducissam, quae primum nupta fuerat filio primogenito regis Cypri. Ex praedicto Roberto et uxore eius non supervixerunt filii. Obiit Neapoli anno 1364 et sepultus est in ecclesia Sancti Georgii Maioris, et uxor eius sepulta est in ecclesia Sanctae Mariae Novae [4].

Ludovicus secundogenitus Philippi Tarentini uxorem duxit de facto Johannam Roberti regis ex Carolo filio neptem et Regni heredem, ex qua duas habuit filias, Catharinam, quae modico tempore vixit, et Franciscam. Habita dispensatione a Clemente VI Pontifice, ad

---

1. Marcella *A*; Mathilda *C e* Mur. — 8. etiam non *A P*; nec etiam *C e* Mur. — 9. 52 *om.* Mur., *non A P C* — 15. Beatrix *om. C e* Mur., *non A P* — 24. Gregorii *A*, *ma C e* Mur., *più esattamente*, Georgii

[1] Due e non tre mogli ebbe Carlo l'Illustre: Caterina d'Austria vedova di Enrico VII di Lussemburgo da lui sposata nell'ottobre 1316, che morì il 18 gennaio 1323 e fu sepolta in S. Lorenzo Maggiore di Napoli, e Maria di Valois, che egli sposò ai principî di maggio del 1324. Da Caterina non ebbe figli. Da Maria, sua cugina perchè figlia di Margherita sorella di Roberto, nacquero Giovanna, Maria e altri tre bambini morti in fasce, fra i quali un Carlo Martello. La terza moglie, Matilde, figlia del conte di Saint-Pol, sorella di Caterina di Courtenay, di cui parla il Caracc., non esiste. Cf. per l'errore e la probabile ragione di esso, p. 6, nota 1 di questi *Opuscoli*.

[2] Sulla prigionia, la morte e la sepoltura di Giovanna I, oltre alla bibliografia cit. a p. 14, n. 2, ved. E. Léonard, *La captivité et la mort de Ieanne Ière de Naples*, in Mélanges d'Archéologie et d'Histoire, XLI (1924), 43 sgg., e dello stesso a. *La sépolture de la reine Jeanne* nella rivista provenzale Le Feu, Aix, gennaio 1929. L'egregio studioso francese sostiene che la regina morì soffocata fra due materassi per ordine di Carlo III di Durazzo, fatto eseguire dal suo carceriere Palamede Bozzuto.

[3] Filippo di Taranto sposò in prime nozze Ithamar Ducas Comneno, figlia di Niceforo despota di Romania, e in seconde Caterina di Valois, figlia di Carlo e di Caterina di Courtenay. Maria di Valois fu moglie non di Filippo, ma di Carlo l'Illustre. Il Caracc. sbaglia in questo come nel confondere le due Caterine, nominando la madre al posto della figlia. Il figlio primogenito del principe di Taranto si chiamava Filippo come il padre. Sposò Violante d'Aragona e morì, secondo il De Blasiis (*Le case dei principi angioini*, cit., p. 191, n. 3), nel giugno 1331. La regina di Armenia, moglie di Oyssim, si chiamava Giovanna. La consorte di Gualtieri VI di Brienne, duca di Atene, conte di Lecce e di Conversano, signore di Firenze, era Beatrice; Margherita sposò Francesco Del Balzo conte di Montescaglioso e poi duca d'Andria (1330); Maria fu l'ultima.

[4] Roberto di Taranto, candidato prima alla mano di Giovanna I, della quale godette i favori, sposò il 9 settembre 1347 nella chiesa di S. Giovanni Maggiore Maria di Borbone, vedova di Guido di Lusignano figliuolo del re di Cipro. Maria era figlia di Ludovico di Clermont. Roberto morì nel 1364 senza lasciar figli. De Blasiis, *op. cit.*, 246, 276-77.

quem ipse Ludovicus cum Johanna uxore, iam Ludovicum Hungariae regem fugientes, se contulerunt, et mox reversi Neapolim, anno 1352 ab Episcopo Bracarensi coronati fuerunt die Dominico 26 maji, die festo Pentecostes, ac sexto post coronationem die Francisca infantula mortua est. Ex illo tempore Johanna regina amplius non concepit.

Anno 1362 die Jovis 26 mensis mai in die Ascensionis obiit dictus rex Ludovicus Neapoli, et exequiae factae fuerunt in aede Divi Dominici; sed postea corpus eius translatum est ad coenobium Montis Virginis, ubi ipse sepeliri se mandaverat iuxta sepulcrum matris. Obiit anno aetatis suae 43 [1].

Philippus, tertiogenitus ex tertia uxore Philippi Tarentini Principis, successit fratribus in Principatu Tarentino et in titulis Imperii Constantinopolitani. Et primo duxit uxorem Mariam filiam Ducis Calabriae et reginae Johannae sororem, quae ante virum habuerat Ducem Dyrrachii Carolum consobrinum suum, ex qua filios et filias habuit. Omnes tamen in infantili aetate perierunt. Postea, Maria mortua Neapoli anno 1368 et sepulta in ecclesia Divae Clarae, accepit Elisabeth filiam Stephani, tertiogeniti regis Hungariae et Andreae regis fratris, ex qua filios non genuit. Obiit Tarenti et in Ecclesia Cathedrali sepultus est [2].

Margarita, Scotiae regis relicta, fratribus vita functis successit, quae paulo ante, fratribus repugnantibus, Francisco Baucio Montis Caveosi comiti nupserat, et post matrimonium contractum cum viro Andriae Dux a Ludovico fratre et Johanna creata fuerat. Ex Francisco Jacobum genuit et Antoniam. Jacobus imperator appellatus est et post patrem fuit Princeps Tarenti, et Antonia nupta Federico regi Siciliae praegnans obiit. Haec Margarita, cum Neapoli ex cauxa viri in vinculis habita esset, obiit, et sepulta est in aede Divi Dominici, et in ea inclyta domus Tarenti defecit. Nam Maria eius soror iampridem Neapoli virgo obierat anno 1368, et sepulta fuerat in coenobio Montis Virginis [3].

Johannes Achaiae Princeps, ex filiis Caroli II regis octavus, accepit prius in coniugem Achaiae et Moreae Dominam, ex qua liberos non genuit. Posterius vero, facto inter eos divortio (nam illa alium habere virum viventem comperta est), duxit Petri Calicensis filiam nomine Agnetem, ex qua tres filii nati sunt, Carolus Dyrrachii Dux, Ludovicus et Robertus. Hic Johannes obiit annos aetatis suae 53 et sepultus fuit prope patrem in aede Divi Dominici [4].

---

5. mensis *om. C e* Mur., *non P A*

[1] Luigi di Taranto, nato nel 1320, sposò Giovanna I "di fatto" il 22 agosto 1347. Visse sino al 26 maggio 1362. Dal suo matrimonio con la regina nacquero Caterina e Francesca (v. p. 12, n. 2).

[2] Filippo di Taranto, detto III per distinguerlo dal padre e dal fratello maggiore dello stesso nome, fu il terzo marito di Maria d'Angiò-Calabria, figlia di Carlo l'Illustre e sorella di Giovanna I, da lui sposata nel 1354. Con lei procreò dei figliuoli, "che — come "dice il Minieri Riccio (*Genealogia di Carlo II d'Angiò*, tav. III) —, morirono in tenera età, e taluni di "essi gibbosi, calvi e senza denti". Prima di Filippo, Maria d'Angiò aveva sposato il 21 aprile 1343 Carlo di Durazzo, col quale procreò cinque figli, un maschio e quattro femine, e successivamente Roberto di Ugo Del Balzo, col quale non ebbe figli (1350). Per le circostanze nelle quali avvenne il secondo matrimonio v. De Blasis, *op. cit.*, p. 254. Maria morì nel 1368, e non, come dice il De Blasiis, nel 1366 (A. Valente, *Margherita di Durazzo vicaria di Carlo III e tutrice di re Ladislao*, in Arch. stor. per le prov. nap., XL (1915), p. 267 e n. 2). Seconda moglie di Filippo di Taranto fu Elisabetta, figlia di Stefano degli Angioini ungheresi, da lui sposata nei primi mesi del 1370. Aggiungiamo che Filippo morì nel 1373. Sugli Angioini di Taranto in genere cf. O. Casanova, *Il principato di Taranto e gli Angioini*, Taranto, 1908.

[3] Margherita di Taranto sposò in prime nozze Edoardo di Scozia e in seconde, come si è detto, Francesco Del Balzo. "Grassa e naso grande, in quaran"t'anni abandonò la vita", come dice l'ignoto autore del poemetto pubblicato dal Correra (*Sulla discendenza di Carlo I d'Angiò*, in Arch. stor. per le prov. nap., V (1880), 613 sgg.), che contiene notizie e indicazioni somatiche anche di altri personaggi angioini.

[4] Giovanni di Gravina, principe di Acaia, signore dell'Albania e duca di Durazzo, sposò in prime nozze (1318) Matilde di Hainaut, figlia di Fiorenzo e di Isabella di Villehardouin, erede del principato di Acaia. Matilde, non volendo sapere di quel matrimonio, eccepì un legame segreto anteriore. Fu allora dichiarata decaduta dai suoi diritti sovrani e venne imprigionata. Morì prigioniera ad Aversa circa il 1331. Giovanni passò a seconde nozze con Agnese di Périgord figlia di Elia VII Périgord-Talleyrand e di quella Brunissenda di Foix, "che aveva avuto anche troppo predo"minio, secondo il De Blasiis, p. 173, sul cuore di "Clemente V e sulla curia papale". Giovanni morì

Carolus Johannis filius Dux Dyrrachii duxit uxorem Mariam Caroli Calabriae Ducis secundogenitam et Johannae reginae sororem, et ex ea unicum habuit filium, qui infans Neapoli obiit [1], et quatuor filias, Johannam, Agnetem, Clementiam et Margaritam. Hic Aversae, ut diximus, iussu Ludovici Hungariae regis capite punitus est, et in ecclesia Sancti Laurentii Neapoli sepultus est anno 1348.

Ludovicus secundogenitus Johannis accepit uxorem Margaritam Roberti Sanseverini filiam, et ex ea unicum habuit filium, qui postea rex fuit Carolus III. Hic affectati Regni reginae Johannae suspectus, eius iussu in arce Ovi captivus detinebatur, et illic obiit anno salutis 1362, et sepultus est iuxta matrem in aede Sanctae Crucis [2].

Robertus tertiogenitus mortuus est absque coniuge et liberis in pugna Pictaviensi, in qua Johannes Galliae rex a Principe Walliae Anglorum regis filio captus est [3].

Johanna, prima ex Caroli Ducis Dyrrachii filiabus, duos habuit viros, Ludovicum scilicet regis Navarrae filium, ex quo non concepit. Et eo mortuo et in coenobio Cartusiensi supra Neapolim sepulto, Robertum duxit de Artois filium ..... comitis Atrebatensis, a quo nec filios habuit. Haec cum Roberto viro detenta in arce Ovi per Carolum III eius consobrinum obiit anno 1381. Robertus vero sepultus est in aede Divi Laurentii Neapolis in cappella Ducis Dyrrachii soceri sui [4].

Agnes secunda primo nupsit Cani Scaligero Veronae domino, ex quo prolem non genuit; postea Jacobo Baucio Imperatori Costantinopolitano et Principi Tarentino, cum quo etiam in sterilitate permansit. Mortui sunt Agnes Neapoli, Jacobus vero Tarenti, et sepultus est in Ecclesia Cathedrali [5].

Clementia obiit virgo Neapoli et sepulta est in aede Divae Clarae [6].

Margarita ultima ex dispensatione Urbani V Pontificis nupsit Carolo Ludovici patrui sui filio, qui, pulsa Johanna regina, rex postea Siciliae factus est, et ex eo Ladislaum genuit et Mariam, quae in puerili aetate obiit Murconi et sepulta est Neapoli in aede Divi Laurentii, et Johannam, quae postea, Ladislao fratre mortuo, regina fuit [7].

---

9. 1362 *A P*; 1367 Mur., *seguendo C, ma erra* — 18. non *om.* Mur., *contro i mss. e la verità storica* — 20. in sterilitate *A C P*; sterilis Mur.

nell'aprile del 1336. Agnese fu fatta perire, secondo Domenico da Gravina, da Caterina di Valois (Léonard, *Histoire de Jeanne Iere*, I, 437-440).

[1] Il figlio di Carlo di Durazzo e di Maria d'Angiò si chiamava Ludovico e morì nel 1344.

[2] Ludovico di Durazzo, figlio di Giovanni, morì il 25 giugno 1362. Era stato imprigionato il 5 marzo di quell'anno. Sembra che lo facessero perire i principi di Taranto per timore che Giovanna I lo sposasse. De Blasiis, *op. cit.*, p. 270. Per le relazioni di Ludovico coi Fraticelli cf. F. Tocco, *Un processo contro Luigi di Durazzo*, in Arch. stor. per le prov. nap., XII (1887), 31 sgg..

[3] Roberto di Durazzo, figlio di Giovanni, morì combattendo contro il principe Nero nella battaglia di Poitiers (1356).

[4] Giovanna di Durazzo, figlia di Carlo e di Maria d'Angiò, sposò in prime nozze nel luglio 1366 Luigi d'Evreux, Infante di Navarra, conte di Beaumont, e in seconde Roberto di Artois, conte di Eu, figlio di Giovanni e terzo nipote dell'altro Roberto, conte di Artois, che fu vicario generale alla morte di Carlo I d'Angiò. Giovanna si spense il 19 giugno 1393, ossia dieci anni dopo il marito. De Blasiis, 304, 315. Per Giovanna cf. inoltre E. Rogadeo, *Il primo matrimonio di G. duchessa di Durazzo*, in Rassegna Pugliese, XIX (1902), pp. 98-106, 134-141, 179-187; Id., *Ludovico di Navarra duca di Durazzo e l'Albania*, ivi, XXV (1910); P. Fedele, *L'amore di G. di Durazzo per Aimone III di Ginevra*, Torino, 1913, estr. dalla Miscellanea di studi storici in onore di A. Manno.

[5] Agnese di Durazzo sposò in prime nozze il 6 giugno 1363 Cansignorio della Scala signore di Verona, morto nel 1375, e in seconde Giacomo di Francesco Del Balzo, principe di Taranto, che dalla madre Margherita ereditò il titolo di imperatore di Costantinopoli. Morì il 10 febbraio 1383. A. Valente, *op.* e loc. cit., p. 289, che pubblica il testamento esistente nell'Archivio di Stato fiorentino.

[6] Clemenza di Durazzo, che a torto il De Blasiis ritenne figlia di Filippo di Taranto (*op. cit.*, p. 278, n. 1), morì nel 1371 secondo il D'Engenio, secondo altri nel 1363 (Valente, *op.* e loc. cit., p. 266, n. 1).

[7] Maria, figlia di Carlo e di Margherita di Durazzo, morì, forse, nel 1381, come congettura la Valente, *op.* e loc. cit., p. 269, n. 5. Della di lei esistenza non pare possa dubitarsi, vedendosene tuttora la tomba nella chiesa di San Lorenzo di Napoli. G. Filangieri, *Documenti per la storia, le arti e le industrie nelle provincie napoletane*, II, 139, dove la data della morte è riferita inesattamente per errata lettura. Almeno fino al novembre di quell'anno 1381, Margherita rimase a Morcone coi figli. Il non trovar nominata la bambina nei *Diurnali del duca di Monteleone* (ediz. Faraglia,

Carolus rex Siciliae factus anno salutis 1381 et coronatus Romae in Basilica Sancti Petri in die Pentecostes 2 iunii, die 16 iulii Neapolim venit, et obsessa in Arce nova Johanna, captoque Othone Brunsvicensi eius viro, ipsam in deditionem accepit, misitque captivam in arcem Muri, in qua eam strangulari iussit in vindictam Ludovici patris, qui ab ea in carcere mori coactus fuerat. Othonem vero in castellum Sancti Felicis in Lucania biennio captivum habuit, qui demum libertate donatus obiit Fogiae.

Hic Carolus ab Hungaris vocatus in Hungariam profectus est, ubi adhuc regnabat Maria Ludovici regis filia ex Carolo Martello de stirpe Caroli II, qua assistente in aula regia coronatus fuit die Dominico ultimo decembris anni 1385 (quo die insolita et maxima fuit solis eclipsis). Die vero 7 februarii immediate sequentis Elisabeth reginae opera securi in capite percussus est. In arcem Visgradi perductus, die 27 eiusdem mensis vulneribus veneno illitis diem obiit, et sepultus est in aede Beati Andreae prope oppidum Visgradi [1].

Ladislaus puer Caroli III filius patri successit, et septimo post anno Caietae iussu Bonifacii IX Pontificis coronatus est Siciliae, Jerusalem et Hungariae rex. Die Dominica ultima maji 1390 duxit in uxorem Constantiam Manfredi Claramontis Siculi filiam, magna pecunia dotis nomine accepta, quae cum eo Caietae coronata et uncta est. Postea mortuo Manfredo illam repudiavit, et Andrea Altavillae comiti cognomento de Capua nuptui tradidit. Ipse vero accepit Mariam Johannis Lusignani Cypri regis sororem, quae filiorum procreandorum avida, dum intentius pharmacis ad id aptis indulget, biennio postquam viro nupta fuerat, Neapoli obiit, et in aede Divi Dominici sepulta est. Post alteram Mariam tertiam uxorem accepit ex familia Engenia, quae prius Raymundi Ursini coniux fuerat Principis Tarentini, de qua etiam nullam habuit prolem. Obiit Neapoli anathemate notatus a Johanne XXIII Pontifice anno salutis 1414 die 6 augusti et fuit sepultus in aede Beati Johannis ad Carbonariam [2].

Johanna Caroli III filia Ladislao fratri successit. Haec vivente fratre vidua ab Austria redierat, cuius provinciae Duci nupserat; sed regina effecta Jacobum de Borbona, Tarantasiae et Marchiae Ducem, virum accepit, qui Manfredoniam cum triremibus Venetis appulsus, quamplurimos Regni Neapolitani principes obvios habuit, et ab his Neapolim perductus anno 1415 regina coniuge et Regno potitus est; sed anno 1416, orta inter ipsos coniuges discordia, ab arce regia, quam Novam vocant, exiens, cives Neapolitanos in Jacobum regem irritavit, qui in arce Ovi obsessus, specie concordiae ad coniugem venit, et ab ea captus, biennioque detentus in carcere, et opera communium amicorum liberatus, tandem Tarentum aufugit in quadam navi Januensium. Quo audito, regina Johannem Antonium Ursinum

---

6. biennio *om.* *C e* MUR., *non A P* — 9. 1384 MUR. — 15. 1390 *om.* *C e* MUR., *non P A* — 26-27. Tarantasiae *A P C*; Racentasiae MUR. — 29. anno *om.* MUR. *e C*, *non A*

p. 20), là dove si parla della partenza e del ritorno di Margherita, non è argomento sufficiente per negarne l'esistenza, trattandosi di testimonianze messe in carta dopo che la bambina non era più tra i viventi, nè occorreva nominarla.

[1] Carlo III di Durazzo, partito da Napoli il 14 settembre 1385, incoronato re d'Ungheria il 31 dicembre di quell'anno, ferito il 7 febbraio 1386 per volere di Elisabetta e di Maria, consorte e figlia rispettivamente di Luigi il Grande, morì di veleno nel castello di Visegrad il 17 di quel mese.

[2] Ladislao di Durazzo, nato il 15 febbraio 1377, dichiarato maggiorenne nel 1393, sposò Costanza di Manfredi Chiaramonte nell'ottobre 1389. Il 29 maggio 1390 fu incoronato con la giovane sposa in Gaeta. Il 1 luglio 1392 ripudiò Costanza, che alcuni anni dopo, col consenso di Ladislao, sposò Andrea di Capua. Il re nel 1402 passò a nuove nozze con Maria di Lusignano, sorella di Giano re di Cipro, di cui rimase vedovo nel 1404. Il 23 aprile 1407 impalmò Maria d'Enghien, vedova dal 17 gennaio dell'anno innanzi di Raimondo del Balzo Orsini, principe di Taranto. Morì il 6 agosto 1414. Su Maria d'Enghien v. p. 23 e n. 3 di questi *Opuscoli* e cf. A. CONGEDO, *M. d'Enghien contessa di Lecce e regina di Napoli*. Note e ricerche. Lecce, 1929 e A. CUTOLO, *M. d'Enghien*, Napoli, 1929. Manca un lavoro d'insieme su re Ladislao. Sin dal 1927 il dott. CUTOLO pubblicò alcuni *Lineamenti di una storia di re L. d'Angiò-Durazzo*, Napoli, I. T. E. A., preannunzio e preparazione di un lavoro, che non ancora possediamo. Sulla tomba di re L. v. A. FILANGIERI DI CANDIDA, *La chiesa ed il Monastero di San Giovanni a Carbonara* in Arch. stor. per le prov. nap., XLVIII (1923), 33 sgg.

Raymundi quondam Tarenti Principis filium, ad eum obsidendum cum exercitu misit, qui, opera impigre navata, Tarentum a Jacobo rege pro soluta pecunia accepit. Jacobus mox ad patrios lares profectus monachus professus est, reginaeque mortuae superstes fuit.

Haec regina mandato Martini V Pontificis coronata diem obiit anno 1435, et sepulta est in aede Divae Mariae Annunciatae die 2 februarii [1]. In hac omnis progenies Caroli I defecit.

2. accepit *A P*; recepit Mur.; reliquit (*sic*) *C* — 3. monachus professus *om.* Mur., *non A C* — 4. est *om.* Mur.

[1] Giovanna II d'Angiò-Durazzo, nata in Ungheria nel 1371, sposò in prime nozze Guglielmo d'Austria, e, rimasta vedova di lui nel 1406, divenne moglie di Giacomo di Borbone conte della Marche (14 luglio 1415). Venuta in dissidio con lui, lo fece imprigionare. Il marito fuggì, e, dopo aver tentato di organizzare una resistenza in Taranto, lasciò il regno. Giovanna morì il 2 febbraio 1435.

VII.

DI FERDINANDO, CHE POI FU RE D'ARAGONA, E DEI SUOI DISCENDENTI

DE FERDINANDO QUI POSTEA ARAGONUM REX FUIT EIUSQUE POSTERIS [1]

TRISTANI CARACCIOLI

FERDINANDUS, Alphonsi illius, qui primus nobis Hispanorum moderatus est, pater, Mur., 113 cum ei Henricus Hispaniarum rex germanus moriens Infantis filii Johannis mox regis Regnique tutelam demandasset, ita eam integre pieque gessit, ut proceres populique omnes regem potius, quam regis tutorem praeoptarint. Quippe praesentem expertamque integritatem, quam quo evasuri adolescentis Johannis mores essent, experiri malebant. Credebant insuper Ferdinandum tantum ultro oblatum Regnum non aspernaturum, quod multi et parricidiis, et sceleribus sibi parare non forent veriti, quippe iam vulgo cernimus, et sanguinis necessitudinem, et fidem, ipsamque denique religionem opibus et imperandi libidini cedere. Quod praesagiens sagacissimus princeps, ne nomen suum in discrimen iret, aut renuendo (quod omnino statuerat) graviter Regnum offenderet, cum quod de re sua postulasset, sibi negatum cerneret, et infensum puero, et sibi tutori remaneret; aut annuendo, contra cognationis iura germanique fidem, Infantis crediti sibi Regnum usurparet, statueretque immaculatam potius vitam ducere, quam execrandis sceleribus foedam execrandamque reddere, ire obviam statuit, et se omni suspicione affectati Regni liberum praestare. Hac igitur ratione prudentissime fieri posse excogitavit.

Hispali conventu indicto, quo ad praefinitam diem cum et reguli, et regiarum civitatum legati adissent, adfuit et ipse, et puerculus rex, cuius tutelam gerebat, assidentibus pro dignitate in aede maxima cunctis suis ordine sellis, suspensis animis expectantibus, quidnam Fer-

---

2. Eiusque posteris *om. C* — 3. Tristani Caraccioli *om. A* — 13. renuendo *A*; renitendo *C seguito dal* Mur. — 14. de *A*; e *C*, *seguito dal* Mur. — 16. *dopo* statueretque *A C hanno* deinceps - immaculatam potius vitam *om. C*; in ambiguo vitam *A* — 20. assidentibus *A*; assistentibus *C e* Mur.

[1] Il Ferdinando, di cui qui si parla, è il figlio di Giovanni I re di Castiglia e di Eleonora d'Aragona sorella di Martino il Vecchio. Fu detto il *Giusto*. Da suo fratello Enrico, vicino a morte, ebbe l'incarico di reggere il regno castigliano per il piccolo nipote Giovanni II. Avrebbe potuto impadronirsi dello stato, offertogli dai grandi del regno, ma, quando costoro in assemblea si accingevano a rendergli omaggio, presentò, con generale stupore, il fanciullo che aveva tenuto nascosto sotto il manto vestito in abito regale, gridando: "Ecco, Castigliani, il vostro re. Questi è "il nostro sovrano, siamo a lui fedeli secondo il costume "della nazione spagnola ". Sembra che tale atteggiamento influisse non poco sulla elezione di Ferdinando a re d'Aragona avvenuta nell'assemblea di Caspe il 25 giugno 1412 allorchè si trattò di provvedere alla successione di Martino il Vecchio. Cf. Luis Giménez Fayos, *El compromiso de Caspe*, Valencia, 1912; L. Sancho Bonal, *Historia del compromiso de Caspe*, Barcellona, 1912; M. Luna, *Intervención de Benedicto XIII* (Don Pedro de Luna favorevole a Ferdinando) *en el compromiso de Caspe*, in Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos, XXVIII (1912); M. Sancho Izquierdo, *Ensayo de una biografia de d. Antonio de Luna y de su influencia en el compromiso de Caspe*, ivi, XXX (1914). Ferdinando morì il 2 aprile 1416. Per la sua azione in Sicilia cf. V. Orlando, *Ricerche sulla storia di Sicilia sotto Ferdinando di Castiglia*, Palermo, 1922.

dinandus allaturus esset; is repente apparuit, regem infantem, regiis ornatum insignibus, humero gestans. Assurgentibus cunctis ad spectaculi novitatem regumque honorem, indicto silentio, inquit: " Fidelissimi semper regibus vestris Hispani, et nunc maxime familiae nostrae, " ecce regem vestrum (retorquens ad puerum, quem gestabat, os), hunc colite, hunc obser- " vate, in eius fidem et salutem, meis residentis et fulti humeris, iurate, cum me idem fecisse " conspexeritis ".

Inde suggestum versus, quem sublimem struendum curaverat, in quo erat etiam regia sella, ire pergit, universis sequentibus. Ad locum cum pervenisset, rege ab humero clementer in sellam demisso, retrocessit princeps adoraturus ipse regem. Captoque spatio, quo apte se ageret, clariusque conspiceretur, antequam ad regem deveniret, ter subinde genu posito relevatoque capite illum salutavit iuravitque in eius obsequium fidumque se futurum, et tanto arctius fideliusque obstrinxit, quanto patrui et tutoris iniquior esset perfidia. Haec intenta MUR., 114 voce, ut exaudiri etiam' ab eminus stantibus clare posset. Genibus ergo assurgens, e quibus verba fecerat, a rege osculo accipitur. Est enim mos Hispanorum regum gentiles, cum se primum adeunt, osculo admittere. Quibus perspectis, cuncti admirati constantiam viri sinceritatemque fidei, eum libenter obsecuti, ordine, quo ille processerat, venerati sunt Infantem Regem, pro cuius salute imperioque se, pignora fortunasque omnes expposituros iureiurando affirmant. Quare et a puero rege humaniter amplexati, verbis aetatem decentibus, qualia patruus, ne accersita et aliena viderentur, suggesserat. Ipse deinceps assurgens, excusata prius adolescentis aetate, extollendo illorum fidem virtutesque numerando etiam atque etiam hortatur bono ut essent animo et spe certa; regem et se bene memores tantae devotionis obsequiique regali familiae dignitatique praestiti, responsuros brevi beneficiis honoribusque amplioribus, indubitato teneant.

Ecce Ferdinandi probitas, argumentum, bene pieque facta non usquequaque mercede praemioque fraudari. Desierant iam Celtiberis Aragonensibus sui prisci reges, conveneranque *brachia*, ut ipsi appellant, Plebs scilicet, Nobilitas et sacerdotii Praesules. Tribus enim iis corporibus omnis res eorum agitur, eorumque viribus innititur, et parens dicto est. Cumque diutius agitatum esset, quemnam in regem assumerent, nec convenirent, erat enim perdifficile a concione varie affecta principibus, de quibus ratio habebatur, rectam et tempestivam ferri sententiam de rege .... Inaniter autem disceptando tempus terebant, maximo populorum discrimine; cuius rei cum votorum diversitas modum non inveniret, visum est rem paucioribus demandare. Quatuor enim in regna, seu principatus, Imperium illud omne dividitur. Placuit ergo de singulis quaternos eximi, quantum humana prudentia ostendere valet, tantae rei idoneos, qui regem adoptarent, et quorum dicto reliquis standum esset. Sexdecim igitur viri destinantur, moribus, sanctitate, rerum experientia nobiles, et qualem regem esse, qui bene consulere sibi creditis, et maxime non antea sibi cognitis, apprime callerent. Ii iniunctum munus summo studio peragere nituntur iuxta spem fidemque de se habitam. Erant enim magnarum familiarum principes, qui regna illa uxorum nomine ad se devenisse causabantur, quae variis ex praedecessoribus regibus natae erant, quos inter et Ferdinandus erat, qui et similis necessitudinis iura sibi esse contendebat. Norant autem sexdecim prudentissimi viri, regem esse creandum regia ex familia, ne forte populos novi hominis puderet imperii parereque dedignarentur, gestis praeterea clarum, armis exercitum, MUR., 115 moribus sanctum, benignum, iu'stitiae et pacis amatorem, scelerum vindicem, et qui bello, armis, pace, iure et aequo uti optime sciret. Perlustratis ergo curioso examine omnibus, quisnam esset iis dotibus praeditus, ut eum optare regem merito possent, unus Ferdinandus Castellae Regni regisque tutor regali illa e domo visus est, qui optatum exquisitumque regem magis referret. Igitur, praeteritis competitoribus, Fernandum cooptant, virum etiam citra

2. regumque *A C*; regisque MUR. - *dopo* indicto *A aggiunge* per accentum — 14. Hispaniarum *C* — 20. *dopo* etiam *nel* MUR. *è lacuna* — 26. brachia *A C*; porochia MUR. — 27. eorum *om.* *C* MUR. — 33. eximi *A C*; eligi MUR. — 36. *dopo* esse *A aggiunge* oportet — 37. callent *A* - eo MUR. *in luogo di* se — 41. creandum *A C*; petendum MUR.

successionis iura regnare dignum, suffragantibus meritis, et praecipue documento iustitiae et pietatis in fratris filium nuperrime edito. Quod facinus adeo gratum de eo exstitit, ut etiam ad illius posteros mercedes amplas transfundere voluerit. Siquidem Castellae Regnum, quod sibi Ferdinandus perfidia et scelere vendicare noluerat, cum facillime potuisset, Ferdinandum nepotem legitime iusteque plures annos possedisse vidimus coniugio Isabellae, cui deficientibus maribus regnare contigerat [1]. Felicitatique eius additum, quod eius uxorisque fuerit Mauros fidei hostes extremo Europae angulo exegisse, totque post secula Granatae Regnum, partem scilicet Baeticae provinciae, vel praecipuam, ad Christi nomen Hispanorumque ditionem pertransisse conspicitur. Diximus Ferdinandum ex Castellae bene gesta tutela, Aragonum regem optato devenisse, et coronam illam Salomonis dicentis, *Filii Regum, corona eorum*, eum merito decorasse. Sustulit autem ex uxore moribus sibi compari, cum qua una rem habuisse constans fama erat, liberos mares hos: Alphonsum illius Regni successorem, quem nostram hanc Siciliam sibi vindicasse vidimus, principem, etsi forte non omni, maxima tamen parte egregium, Johannem deinde, quem Navarrae Regnum connubio reginae assecutum, non citra tamen probitatis virtutisque specimen tenendum est, Henricum tertio loco natum, Magistrum militiae, quam Divo Jacobo dicarunt in praesidium provinciarum ad arcendos continendosque Mauros, ne a Granatae finibus reliquam Hispaniam incursionibus latrociniisque vexarent, ultimum Petrum, quem germanus Alphonsus expeditione Neapolitana subsidio simul et solatio secum duxerat. Hic militari congressione circa obsessae urbis moenia tormento e propugnaculis emisso extinctus est. Habuit etiam .... Portugalliae reginam, quos omnes moriens superstites reliquit, nequaquam frustratus spe, quam de illis optimam praesumpserat. Siquidem Alphonsus non contentus paterno sibi Regno iure devoluto, hanc nostram Siciliam addidit, Hispanorumque nomen paene abolitum celebre in Italia reddidit. Johannes autem ex privato regis filio rex et ipse evasit. Henricus suum Magistratum constanter ad mortem detinuit. Petrus vero tot de se strenuitatis probitatisque experimentis, nullo germanorum etsi annis, non tamen gloria minorem se futurum ostendit [2].

Ferdinandi igitur vetustioris moribus soboleque enarratis, operae pretium videtur ad id, quo principaliter intendimus, redire, principum scilicet, qui ex eo in nos regnarunt, successionis seriem ostendere, vitam autem ac historiam facundiori promptiorique ingenio relinquentes.

Alphonsus igitur primus exstitit, qui nobis moderaturus accessit, et annos fere sexdecim pace plerumque foecunda praefuit. Decessit autem Neapoli in Ovi arce, morbo,' quem Graeci Mur.. 110
gonhorream appellant (est involuntaria seminis defluxio) quo sensim extabuerat, aetatis anno, ut fertur, climacterico, sexagesimo scilicet tertio, redemptionis vero nostrae 1458, ex quo Neapolim ceperat sextodecimo [3]. Moriens huius nostrae Siciliae Regnum Ferdinando filio notho, tamquam a se partum legaverat.

Fato ne, an prudentia eveniret, ut triginta et octo annos (tot enim plus minus imperavit) homines et pecora perpetua aëris salubritate annonaeque omnis copia adeo creverint, ut se et fiscum apprime auxerit; quin et seditiones motaque in eum bella ea felicitate sedata sunt,

---

9. pertraxisse *C* — 29. autem *om.* Mur. — 30. *A dopo* relinquentes. Tales extiterunt qui a tanto principe derivarunt — 36. legaverat *A*; reliquerat *C e* Mur.

[1] Ferdinando il Cattolico, nipote di Ferdinando il Giusto, perchè nato dal figlio Giovanni II.

[2] Alfonso V, sul quale il Caracc. pronunzia un giudizio pieno di riserve, fu re d'Aragona e delle dipendenze, nonchè primo re di Sicilia *citra Farum*; Giovanni, per il matrimonio con Bianca di Navarra, vedova di Martino il Giovane, divenne re di Navarra (1420); Enrico tenne il magistero dell'ordine di San Giacomo di Compostella; Pietro morì all'assedio di Napoli il 17 ottobre 1438. Fra Enrico e Pietro vi fu Sancio non menzionato dal Caracc.; tenne il magistero dell'ordine di Calatrava e premorì al padre nel marzo 1416. La sorella, moglie di Eduardo I di Portogallo, si chiamava Eleonora. Un'altra sorella, Maria, sposò Giovanni II di Castiglia.

[3] Alfonso I nacque nel 1396 e morì il 27 giugno 1458. N. Caputo, *Descendenza della Reale Casa d'Aragona*, Napoli, 1667.

ut ad hoc suborta videri possent, ut eum ditiorem feliciorem que redderent: qui res eius gestas noverint, exactius iudicare poterunt. Coronam, sceptrum, pomum reliquaque regni insignia a Pio II Pontifice Maximo per Latinum Ursinum cardinalem ad hoc delegatum Baroli suscepit salutis anno 1458. Obiit Neapoli anno 1494 vitae vero 64 defluxu capitis ex Baiano rediens, quo venatum ierat. Corpus ingenti funeris pompa in Divi Dominici aedem delatum, ibique ossa plumbeo locello, purpura auro intexta cooperto, prope altare maximum locata iacent[1].

Filios cum plures genuisset, hos tantum superstites reliquit, Alphonsum Calabriae ducem, qui ipsa obitus patris die regnum infeliciter auspicatus ex Arce nova prodiens rex. Et hunc Alexander VI Pontifex maximus legitime regnare voluit, utque clarius innotesceret, Johannem Borgiam cardinalem Montis Regalensis ad eum delegavit, qui insignia decreta, quae a Sede Apostolica stabiliendis regibus conferri solent, illi suo sedisque nomine contribueret: quod et peractum est Neapoli in aede maxima VIII idus maji salutis anno 1495 apparatu quidem splendidissimo, frequentia numerosa, nobilitate illustri, spectaculum certe omnino delectabile magnificeque regium. Inde sacris expiatus precationibus sanctoque chrismate perunctus, dalmaticatus processit, coronam illam paternam famigerabilem, tum multiplicitate gemmarum, tum earum magnitudine et pretio capite gestans, dextera regale sceptrum, laeva auream pilam. Sic pallium subiit, purpura auroque intextum, quod e proceribus primarii subtollebant, praecedentibus principibus viris, quibus insignia illa concessi regni praeferenda tradiderat, sceptrum scilicet pilamque, corona autem dalmaticaque indutus ipse remanserat. Sic obequitans celebrioribus urbis locis, ubique salutantes benigne humaneque allocutus, maxima hominum laetitia, frequentibus obviisque acclamantibus: *Diu vivas, Alphonse, perpetuoque regnes, Alphonse*, in arcem dum usque pervenerit. Hic finis coronariae pompae, qua et funere, quo patrem extulerat, omnes ante nostros reges eiusmodi superavit, et cum longe diversum sit regem efferri et regem coronari, utroque tamen sua magnificentia et regio apparatu perfunctus est, adeo ut neutri quid defuerit, paria nec patres nostri memoria teneant, nec nepotes sperent[2].

Non evagemur ulterius, nec commiseratio infelicis principis nos distrahat; nedum benefacta eius et specimem futurae magnitudinis (si per suos licuisset) ostendere velim; ad quod destinavi serius accedam. Susceperat ergo, vivo patre, ex Hippolyta, incliti Francisci Sfortiae Mediolanensium Ducis filia, Ferdinandum Capuae ante principem, quem mox, inito
MUR., 117 regno, Ducem Calabriae dixit. Item Petrum, quem aliquamdiu ante adeptum regnum extulit corpusque in Montis Oliveti aede poni voluit. Habuit et Isabellam, quae Johanni Galeatio Mariae patrueli suo nupsit, quam similiter iniquo parentis fato exsolutam ducatu, hic Bari ducem cernimus. Hos ex Hippolyta uxore, quam et ipsam defunctam vidit, et in Annunciatae templo regie sepeliri curavit. Vix enim regnare coeperat, cum desiit, siquidem non revoluto anno Ferdinando filio Calabriae duci regnum tradere statuit, seque ad Hispanos vitam acturum coelibem privatamque conferre. Revocato igitur ab exercitu, cui praeerat, filio regium nomen et omne quod in se erat illi Neapoli tradidit. Secesserat interim in Ovi arcem, cum primo Ferdinando filio, cui regnum demandaverat, urbem perreptanti acclamatum est: *Vivat Ferdinandus Rex*, vocibus non adeo intentis et firmis, seu palpitantibus praecordiis ex imminentium malorum ostentis, seu memoria recentis infaustaeque nuperrimae praecationis patri exhibitae. Igitur successore dicto dispositisque pro statu temporum rebus,

---

7. Filios cum plures genuisset *A C*; Filios complures genuisset (*sic*) MUR. — 12. VIII *A C*; MUR. *lascia in bianco il giorno* — 15. famigerabilem *A C*; flammigerabilem MUR. — 17-18. subtollebant *A*; substentabant *C e* MUR. — 32. aede *om.* MUR.

[1] Ferdinando I nacque in Catalogna verso il 1431 da Alfonso e Giraldona Carlino moglie di Gaspare Reverter di Barcellona. Divenne re di Napoli alla morte del padre, fu incoronato a Barletta il 4 febbraio 1459, morì il 25 gennaio 1494.

[2] Alfonso II nacque il 4 novembre 1448 da Ferdinando, allora duca di Calabria, e da Isabella Chiaromonte. Divenne re alla morte del padre, fu incoronato l'8 maggio 1494, abdicò il 23 gennaio 1495, morì a Messina il 18 dicembre dello stesso anno.

suum iter aggreditur comitatu, quem sibi ex sanctis professionibus elegerat, religioso et probato, et in Siciliam devenit, ubi in mortem usque haesit. Cur non ulterius perrexerit, utpote rem mihi incertam et dubiam subticeo. Dicant, qui norunt, quando mihi statutum est, res quemadmodum praesentes vulgo novi, ita futuris noscendas transmittere. Messanae demum (quod clare liquet) diem obiit, ubi maximo a civibus funeris honore prosecutus parique reverentia ossa servanda curarunt. Cum de abdicatione sui regni, eiusdemque tam repentino discessu, varia varii commententur, unum tantum, quod publicitus ferebatur, in medium producere libeat, scilicet ut ferinam rabiem, quam et ad sui regnique internecionem processuram cerneret, in se, quem causabantur, exarmaret, filiumque loco et natura .... et reges sibi dederant, relinqueret [1].

Ferdinandus igitur cognomine Secundus regiorum munerum usu ante patris discessum abstinuit. Mox matrimonium cum Johanna Ferdinandi avi filia, quam ex Johanna uxorum altera susceperat, iniit, et rebus, quae per se suasque vires agi possent, non deerat. Sed tam numeroso validoque imminente Gallorum exercitu crescenteque subinde amplioribus copiis, destituto omni auxilio et spe desolato, de cedendo cogitandum supererat. Nihilominus ad Capuanae usque direptionis vastitatem nihil eorum, quae ad sui Regnique tutelam pro viribus parari poterant, omisit. Capua ergo amissa, veluti deploratis rebus, qui de conditionibus cum Gallo agerent, misit; qui, cum re infecta rediissent, Aenariam, modo *Ischiam*, secedere statuit. In colligendo res asportandas, a Germanis, quos Arci novae praesidio relinquebat, se coram diripi expilarique videns, destinato celerius ire compulsus est, comitantibus nonnullis suarum partium viris, qui ei usquequaque fideliter constanterque adfuere. Brevi post triremibus Ischia in Siciliam transmisit, ubi per aliquot menses fuit. Inde Neapolim reversus, maxima civium caritate admissus fuit nonis iulii anni 1495: abierat enim hostis Carolus Francorum rex, eam a suis pessime habitam relinquens.

Adfuit Ferdinando mox Federicus patruus, remque communi sententia agere coeperunt. Post multos tandem exantlatos labores, hostes' exutos armis datis conditionibus emisit. Ipse MUR., 118
assiduitate laborum et curarum gravem in morbum incidit, quem armatus, inermis, noctu interdiuque solem, imbres, ne opportunitatem victoriae amitteret, ferendo hauserat, adeo ut remedia medicaminaque cuncta pertinacia valetudinis respuerit, sensimque extabescens semivivus Neapolim delatus, ibi postridie moritur vitae anno.... Corpus noctu exequiis modicis in aedem Divi Dominici elatum iuxta loculum Ferdinandi avi [2]. Liberorum nil prorsus reliquit; Regnum Federico patruo delegaverat [3].

Obsidebat tunc Federicus Caietam, unde revertens Neapolim, auspicaturus regnum, adiit, quam et moestam et luctuosam recenti Ferdinandi morte, praesentia tamen et spes de illo praesumpta aliquantulum elevavit. Genuerat autem Federicus ex Isabella Baucia vivo Fer-

2. et *om.* MUR. — 22. triremibus *om.* *C e* MUR., *non A* - Inde *om.* *C* MUR., *non A*

[1] Alfonso, lasciato il trono per la sua impopolarità, si ritirò a Mazzara in Sicilia; di là dopo qualche tempo passò a Messina, ove si dette a vita religiosa e ad opere di pietà. Meditava di recarsi in un monastero di Valenza, prendendovi l'abito, ma, assalito da crudele malattia, che gl'impediva di muoversi, morì prima che avesse il tempo di effettuare il suo disegno. Allora era già morta la moglie Ippolita Sforza, dalla quale aveva avuto Ferdinando, che gli successe, Pietro, che morì nel 1491, e Isabella, che sposò il cugino Gian Galeazzo Sforza, e, privata del ducato di Milano, diventò duchessa di Bari.

[2] Ferdinando II nacque il 26 giugno 1467 da Alfonso II e Ippolita Sforza, divenne re all'abdicazione del padre, li 23 gennaio 1495; sposò la zia Giovanna d'Aragona, figlia di Ferdinando I e della seconda moglie chiamata pure Giovanna d'Aragona, sorella di Ferdinando il Cattolico, il 28 febbraio 1496. Morì il 7 ottobre 1496. Per altri particolari sugli Aragonesi in genere cf. in questi *Opuscoli* la *Vita di Giovan Battista Spinelli* e *Della varietà della fortuna* nonchè le relative note.

[3] Federico d'Aragona nacque da Ferdinando I e da Isabella di Chiaromonte nel 1451, forse il 16 ottobre, e sposò in prime nozze Anna di Savoia e in seconde Isabella di Pirro De Balzo, divenne re dopo la morte del nipote Ferdinando II, rinunziò al trono nel 1501, morì a Tours il 9 novembre 1504. Per le vicende posteriori della moglie e dei figli cf. p. 79, note 2 e 4 di questi *Opuscoli*.

dinando patre filium, cui avitum nomen indiderat Ferdinandi, quem mox, inito regno, Ducatu Calabriae honestavit; est enim regnandi praerogativa. Tulerat iam rex alios duos; alterum Alphonsum nominavit, instaurans germani nomen, alterum vero Caesarem. Et hunc, Federicum scilicet, regem haberi, coronari, dicique voluit Alexander VI Pontifex Maximus. Capuae frequenti regnicolarum conventu coronaria pompa celebrata est praefecto Caesare Borgia cardinale et pontificis legato, et tunc affini, et, ut exitus docuit, animo et fide, qua Alphonsum nuper insigniri curaverat. Quandoquidem illum Caesarem Borgiam, quem modo legatum pontificisque tantummodo necessarium, galero cardinalatus redimitum, sacra dantem et Samuelis prophetae vice reges ungentem vidimus, ecce profanus, maritus, pontificisque filius, militum dux, saevissimus tyrannus, sacrorum expilator, repente prodiit; et quem praesulem ad firmandum regem pontifex miserat, eumdem filium latronum ducem ad perdendum redire voluit. Hic dux ille Valentinus, quem capi Neapoli vidimus, captumque ad regem mitti, ibique in custodia habitum, ex qua fugiens, ignobili quodam in certamine seu velitatione occisum audivimus [1].

Federicus igitur rex post acceptam coronam praefuit Regno annos quatuor plus minus, anxius semper et suspectus, futura praesagiens. Videbat enim rem undique suam invisam, et actu subdole evertendam; et quamvis diutius ceteris Ferdinando succedentibus regnum detinuerit, nunquam tamen integrum ei fuit peragere, quae optasset, undique terrentibus minis. Tandem prodierunt occulta consilia, et diu ad illum perdendum excogitata, et quidem talium, qui non modo Federicum nemini eorum viribus parem, sed orbem reliquum labefactare valuissent. Quod tanta silentii cura, et ne praesciretur, cautione actum est, ut maximos principes et huiusmodi officii insolitos, non piguerit per se literas dare et accipere in socios a secretis et ab epistolis, adeo ut prius hostes haberi, quam audiri maluerint. Fines ergo Regni devastantes ingressi. Federicus interim modo, quo poterat, munitionibus militeque se tutari parabat. Sed cum hostis Capuam usque devenisset, eamque inaniter diripuisset, alio ex Regni latere hostilis classis provinciam Calabriam ad se traheret, omni spe auxilii amissa, ad Gallorum ducem, qui de conditionibus agerent, misit, et qualibuscumque datis,
Mur., 119 subire necessarium ducens, Ischiam cum omni familia et re secessit, comitantibus illum plerisque nobilioribus, qui relicta domo ceterisque suis eamdem subituri erant fortunam, quam ipse rex subiisset. Tradiderat enim arcem urbemque concesserat, ut sibi quo vellet ire per Gallos liceret. Substitit aliquantisper, dum res pro conditione componeret. Inde suis triremibus ad Gallorum regem, quem iam praeelegerat, venire contendit, a quo ut victus acceptus est. E fisco tamen annuum victum ei statuit, neutro tamen dignum, si illius opes, si huius necessitatem spectes. Evocavit porro ad se uxorem et liberos, quos Aenariae reliquerat, unaque secum in mortem habuit, Ferdinando primogenito Calabriae Duce in Hispaniis detento, quo Hispanorum dux, cui se tradiderat, e Tarento transmiserat, ubi in aula regis adhuc visitur. In Galliis degens Federicus, cum rem suam et spem quotidie in peius labi et minui cerneret, nimiis et aeque tristibus curis aegrescere coepit, utque aiunt, raro domo egrediebatur: valetudine ne detentus, an regiam eiusque frequentiam vitans, incertum est. Tandem cum macerrimus devenisset, molestiis et angoribus atterentibus vires, febre extinctus est Turoni, superstitibus liberis Alphonso duobusque infantulis, quos circa se moriens vidit. Ferdinandum vero primogenitum Calabriae Ducem, praecipuam morientis sollicitudinem fuisse tradunt. Cum illum in Hispania esse cognosceret, de conditione praesenti dolebat, et futurae eius metuebat. Quod non infimam suae infelicitatis partem existimans, et crebris altisque
Mur., 120 suspiriis filium appellans, et quod non saltem moriens alloqui licuisset, querendo defecit.'

Devenimus ad tristem infelicemque Alphonsi I successorum exitum, quorum regnum

---

6. docuit *A C*; probavit Mur. — 8. redimitum *A*; insignitum *C* e Mur.

[1] Si noti come il Caracc. parla di Cesare Borgia.

subversum vidimus, quin et partem maximam prolis suum obiisse diem, aut coram vidimus, aut audivimus. Restat ut perpaucorum qui supersunt conditionem ostendamus.

Ferdinandus Federici regis primogenitus, quem Calabriae Ducem pater voluerat, penes Ferdinandum Aragonum regem, modoque etiam nostrum Hispaniaeque rectorem, degit, eiusque mercede paene liber victitat. Alphonsum et Caesarem, duasque femellas cum eorum matre hospitalitate Antoniae Bauciae eorum materterae in Mantuano vitam, quae eis praebetur, vivere intelligimus. Videmus etiam hic Isabellam Bari nunc Ducem, Mediolani quondam, Alphonsi regis II filiam. Haec omnis Alphonsi I legitima exstitit progenies. Ferdinandus autem, ut diximus, Aragonum rex, et nunc noster, etsi Aragonius, non tamen ex Alphonsi I linea, sed nepos ex fratre Johanne Navarrae rege, extat. Et hunc post Isabellae reginae obitum, cuius consortio illis regnaverat, ad nos devenisse cernimus, ubi regio apparatu ingentique pompa, effusa civitate, omni alacritate et plausu optatissimus admissus est. Sed tam brevi hic moratus est, ut paucissimis se noscendum praebuerit, adeo ut plerique ne faciem quidem viderint, praefestinato ad Hispanias reditu. Non enim septimo expleto mense Neapoli degit. Interque redeundum, Savonae a Gallorum rege, ibi eum opperiente, biduo regali liberalitate fraterne detentus, inde secunda navigatione ad Hispanias pervenit; modo Castellae reliquorumque regnorum et Isabellae filiae reginae tutelam gerere pacate autumat [1].

---

2. Restat.... ostendamus *om.* Mur., *non* *A C* — 11. vidimus Mur. — 17. autumat *A C*, videtur Mur.

[1] Per la venuta del Cattolico a Napoli cf. p. 61. Il Caracc. insiste sulla rapidità, con cui si compì il viaggio, e si lamenta che il re non si fermò neppure il tempo necessario per visitare i luoghi circostanti alla capitale e lasciarsi vedere dai Napoletani. Cf. l'opuscolo *De statu Civitatis*.

VIII.

DIFESA DELLA NOBILTÀ NAPOLETANA

NOBILITATIS NEAPOLITANAE DEFENSIO

TRISTANI CARACCIOLI

QUANTA iustitiae integritatisque tuae apud me fuerit non opinio, sed fides, cum te arbitrum circumspectissimum, aequissimumque iudicem in te ipsum elegerim, facile potes cognoscere, ut merito sperem, te non solum semiconceptae opinioni cessurum, verum etiam pro tua aequitate nostris partibus adfuturum. Nuper enim cum apud te essem, mecumque nonnulla familiariter dissereres, remissa aliquantulum severitate legationis, qua fungebaris, post multos variosque sermones devenisti ad laudes nostrae huius patriae, quam magnifice extollens tibi omni ex parte placere affirmabas, tantumque in ea te desiderare solertiam et industriam nobilium, seu gentilium civium, quos cernere erat quotidie otiosos et ludibundos in consessoriis, et, ut patrio utar verbo, *sedilibus* inaniter tempus terere [1]. Quod idem cum paucis ante diebus abs te audivissem, veluti si inter loquendum excidisset, consulto inoffensum praeterii. Sed postquam iterum accuratius abs te repetitum animadverti, veritus ne candidum iudicium tuum vana quaedam obumbraret opinio, altiusque in animum descenderet, falsum tradi a plerisque conabor ostendere, fretusque bonitate causae, obtrectationibus etiam satisfacere, nedum tibi praecipue veritatis amatori.

MUR., 121

Neapolitanam igitur nobilitatem pervetustam existimari, nemo est, qui nesciat, adeo ut in toto paene terrarum orbe peculiariter Neapolitana gentilitas dicatur, eamque esse reor, quae a M. Tullio in *Topicis* definitur [2]. Unde hanc gentilitatem, vel, si libet, nobilitatem, citra virtutum fortunarumque copiam constare non posse, experimento docemur. Videmus itaque nobilitatem hanc utrisque commodis in primis abundasse, nec hodie adeo malis attritam, ut Italicarum civitatum alicui cedat, sive in amplissimorum censuum, anniversariorumque reddituum proventibus, sive in magistratibus et officiis insignibus.

Haec autem otio parta esse, atque inertia subinde conservata, stultum esset credere,

---

1-2. *Tale il titolo nel cod. C e nel* MUR.; Defensio Civitatis Neapolitanae ad Legatum Reipublicae Venetae per TRISTANUM CARACCIOLUM *P*; *A come P, salvo il nome dell'a. om.* — 4. in *om. C e* MUR. — 7. disserens *C e* MUR., *ma la lez. di A P* dissereres *mi sembra da preferirsi* — 13. abs *A*; ex *C e* MUR. — 17. MUR. *om.* veritatis, *che è nei codd.* — 20. *C in margine*: alibi legitur scilicet, *al posto, s'intende, di* vel si libet

---

[1] I *Seggi "nobili"* di Napoli, ai quali qui si riferisce il Caracc., erano cinque così denominati: *Capuana, Nido, Portanova, Porto, Montagna.* M. SCHIPA, *Nobili e Popolani in Napoli nel Medio evo in rapporto all'Amministrazione municipale*, in Archivio storico Italiano, ser. VII, vol. III (1925), lavoro, nel quale sono riassunte ricerche anteriori.

[2] Quanto dice qui l'a. non è esatto o per lo meno contiene esagerazioni. La nobiltà di seggio risaliva all'epoca ducale. Cicerone non poteva nella sua *Topica* prendere i Napoletani a prototipo della *gentilitas*, trattandosi di greci.

standumque potius argumento tamdiu firmato, sic maiores illos nostros virtute sibi dignitates parasse, ut eas animorum corporumque praestantia nepotibus tradiderint, eademque vivendi observantia ad nos usque derivata permanserit, quae nec pestilentia, nec direptionibus, aut malorum principum diritate intercidi, nedum aboleri potuerit.

Sed ne tam breviter succincteque dixisse etiam rei fidem levet, recensebimus quibus artibus parentes illi maioresque nostri nominis claritatem rerumque affluentiam sibi paraverint, idemque facere posteros docuerint. Profecto nec munia, nec exercitationes ullae exstant liberis hominibus dignae, quas non egregie exercuerint, nepotibusque velut hereditarias eodem studio obeundas reliquerint. Quam quidem viam nobilitas haec sectando, nomen et rem Mur., 122 auxisse cognoscitur, Sacros Pontifices opti'mosque principes omni labore industriaque demerendo, utque illorum gratiam inirent, non fortunis, non labori, non ipsi denique vitae pepercisse. A sacris igitur, et ab ipsa religione, ut christianos decet, initium faciamus.

Summum Pontificatum certe nemo diu tenuit, cui non ex nostris plures adstiterint, sacerque ille Cardinalium Senatus, raro unquam citra Neapolitanum aliquem, qui non fuerit in illum ordinem cooptatus, coactus est. Testantur hoc apud nos sacella, in quibus pendere visuntur pilei illius insignia. Unde non paucos ex his ad Summum Pontificatum evectos merito credi potest, cum patrum memoria Urbanum, Bonifacium, Joannem, ex equestri omnes familia, in eo gradu collocatos, atque e pluribus nostrorum cardinalium electos fuisse legimus [1]. Alias vero dignitates, utpote Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatias, nonne et nostros teologiae professione, iuris scientia, rerum agendarum solertia, negotiorum experientia insignes, sacra ipsa Romana Sedes merito per totum christianum orbem potiri voluit?

Praecipue tamen Regni huius sacerdotia ad eosdem, velut hereditaria deferuntur. Quid de illo Fratrum Hierosolymitani cognominis contubernio, christianae fidei hostibus semper obiecto, Rhodi commorantium, dixerim, in quo nostri praecipue milites perpetuo conspiciuntur? Quin etiam Magistrum illum et moderatorem ex Neapolitanis equitibus aliquem religiosa illa societas quandoque sortita est. Et nos ipsi nuper vidimus, cum Mahometus Turcarum princeps Rhodiorum civitatem tam numeroso premeret exercitu, exitiumque et praesuli, et propugnatoribus ad internecionem minitaretur, multos illius ordinis ex nostris illuc advolasse, velut aves ad arcendum a nido pullisque pestem, secumque et commeatus, et praesidium privato aere paratis navibus advexisse. Quorum non pauci in ipsa obsidione oppugnationeque viriliter occubuere. Nam etsi tam emeritae militiae legitimam vacationem iam impetraverant, maluerunt honestam subire mortem, quam domi, cum possent, sine nota supervivere [2].

Non ab re hic quoque subscripserim, quod narrantes saepe seniores audiverim, suorum nonnullos, maiorum vero non paucos cum fratribus quibusdam militasse, quibus Prussiensium erat nomen. Tutabantur enim Histri fluminis ripam, ne forte Christi hostes populabundi in Pannoniam, reliquasque christianorum provincias transgrederentur [3]. Haec dicta sufficiant, ut nosci possit, hanc nostram nobilitatem non ignavo otio studuisse, cum non piguerit, tam procul a patria, posthabita familiae caritate, tot discrimina pro Christi Salvatoris nomine et pro gloria virtutis adire. Utque nullum officii genus praetermissum intelligatur de sacra nostra fide benemerendi, mentemque in sanctis disciplinis exercendi, multos cucullatos videre Mur., 123 licet in qua'vis sanctae professionis societate, quorum plurimos morum, ac vitae sanctitas in abbates evexit. Plerique vero eorum, qui Observantes dicuntur, eam divinarum literarum

18-19. legimus *A*; legamus *C e* Mur. — 27. Rhodiorum *A P*; Rhodianam *C e* Mur. — 30. advexisse *A*; advenisse *C* Mur. — 36. Istri *hanno i codd.*; Histri Mur. — 43. literarum *A C* Mur.; rerum *P*

[1] Urbano VI (Bartolomeo Prignano); Bonifazio VIII (Benedetto Gaetani); Giovanni XXIII (Baldassarre Cossa).

[2] Qui si accenna alla difesa di Rodi del 1480, in cui si distinse Pietro D'Aubusson, e i Napoletani dettero prova di valore. Cf. L. Volpicella, pp. 268-69 e le testimonianze ivi riferite.

[3] Qui si accenna alla resistenza opposta dai Cavalieri dell'Ordine teutonico contro gli Slavi.

scientiam assecuti sunt, ut sermones ad populum pro communi salute catholice efficaciterque edere et habere voluerint, nec minus in expiando noxios, qui se reos faterentur, prudentissime discreverint.

Militiae tamen praecipue exercitamenta fuere, quae maiores nostri prae caeteris ad nomen et rem augendam sectati sunt; quoniam et animorum fortitudine, et corporum patientia labores omnes pro honestate tolerare statuerunt, resque laboris et discriminis plenas usque adeo avide perquisiverunt, ut raro confecti sint exercitus, in quibus nostri nomina non dederint. Testis opulentissima vestra illa et inclyta Respublica esse potest, quae perpetuos milites ad sui multorumque praesidium alere non cessat, cum multi e nostris apud se stipendia faciant, non modo milites, verum etiam turmarum ductores, insuper et praefecti, quos grata munificentia, ob benemerita fideliaque opera, honoribus semper auxit, quotidieque auget.

Huius rei fidem nobis faciunt emeriti ad nos redeuntes, quos cernimus praemiis et dignitatibus honestatos, militiae vestrae decus extollentes, nostrisque tyronibus, ut sub vestris auspiciis mereant, suadentes. Nonne etiam in Mediolanensium Ducum aula et exercitu Neapolitani milites egregie spectantur? Quid de Estensium Marchionum dicam contubernio, ubi nostrorum plurimos videbis commorantes? Quid apud Gonzagas, et Malatestas, caeterosque in Italia regulos? Nonne egregias Neapolitanos navasse operas cognosces? adeo ut cum eversiones magnae alicuius Italiae familiae intelligimus, tristes, quasi calamitatis participes, illam deplorare cogamur, velut amissum nobilitatis nostrae subsidium, campumque exercendae virtutis et industriae. Quid Florentinorum ille libertatis amator populus, qui, etsi non perpetuo conductum militem habet, tempestivum tamen parare pro occasione non cessat? Et hic nostros in primis habere, eisque honores et praemia maxima cum spe deferre dignoscitur.

Quid? quod claustra Italiae angusta animis nostrorum visa sunt, quos non piguerit Alpes transcendere, nequaquam ad delicias, sed ad pericula bellorumque discrimina subeunda, utpote qui barbarorum se furoribus interserere et obiicere non formidaverint. Et, ut antiquiora omittam, in bello, quod superioribus annis Carolus, Burgundiae Dux, exitialiter gessit, civitatemque hostilem arctissima obsidione pressit, Neapolitanorum virtus equitum praecipue enituit.

Cogitabat princeps insulam, quam Rhenus amnis efficit, per vim hostibus eripere; ex illa enim et militare subsidium, et commeatus in oppidum invehebatur, quae nisi capta fuisset, vana et inefficax futura videbatur obsidio. Hoc facinus, etsi difficultatis atque discriminis multum habere videbatur, nostri tamen ad ipsum se exponere, et locum aggredi ausi sunt. Quare a principe concessam rem viriliter navare adorti (erat enim navibus ad destinatum locum transmittendum), quamvis in ipso traiectu tormentis plurifariam ab insula impeterentur, nihilominus ad insulam devenerunt, non paucis perfossis navibus, militibusque vulneratis. Tunc nulla interposita mora eorum praefectus' (erat enim vir strenuus et pluribus facinoribus Mur., 121
clarus) suos ad munimenta hostium diripienda, aditumque tentandum, impigre incunctanterque duxit. Ibi aliquamdiu atrociterque pugnatum utrinque, et occisi quamplurimi, et vulnerati. Sed cum ab oppidanis his, qui insulam tutabantur, subinde subsidium et tela subministrarentur, nostrique, quoniam flumine ab exercitu disiungebantur, nullum inde subsidium expectarent, ingruente tandem tormentorum et hostium vi, cedere coacti sunt. Hi tamen tanta constantia, tanta ostentatae fortitudinis specie ad naves se recepere, ut hostes, quamvis longe plures numero essent, nemo tamen munitionibus egredi, nec terga tam paucorum se recipientium insequi ausus sit. Atque ita cum summa sui admiratione ad ducem rediere: quibus mirifice collaudatis, quod non successerit, locorum iniquitati, ac hostium multitudini adscribendum esse censuit; audaciam vero tam ardui aggressus, tamque moderati receptus, cautionem virtutis atque prudentiae fuisse. Quin etiam cum ad obsidionem solvendam, oppidanosque

6. resque *A C*; viasque MUR. — 9. cum MUR.; quamquam *A C* — 18. quasi MUR.; veluti *A C* — 27. hostilem MUR.; eorum *A C* — 37. aditumque *A C*; animumque MUR. — 44. ausus sit *A*; ausi sint *C e* MUR.

tanto discrimine liberandos, Imperator maximis Germaniae viribus suppetiam venisset, dux autem ipse, ne oppido appropinquaret hostis, obviam procederet dimicandi facta potestate, primi Itali hostem lacessere, alacriterque in illos conversi, tam terrifici nominis viros hastis gladiisque impetivere, quorum prima acies Neapolitanorum insignis exstitit, adeoque suam navarunt operam, ut sibi ipsis honori fuerint, et reliquis ad victoriam incitamento. Quorum nomina ex industria subticeo, non ut ipsos sua gloria fraudem, sed cum multi fuerint, qui pari gloria se strenue gesserint, ne si qui forte exciderint, velut silentio praeteriti, conqueri possint, viritimque recensere perquam difficile sit, paucorum tamen, aut etiam unius, iusta haec querela esse posset. Ea denique fide hoc in bello, eaque virtute stipendia fecere, ut dux ille maximus Italos milites donariis insignibus, variisque praemiis auctoratos, ac reliquis bellis, quae ad mortem usque gessit secum habere studuerit, habuitque citra omnem poenitudinem. Quippe dux duobus proeliis, quibus infeliciter decertavit, alteroque etiam occubuit, neutrum sine nostrorum caede peractum est.

Qui vero post ducis interitum, profligatasque copias superfuerunt, a Francorum rege curiose perquisiti, donisque amplioribus, stipendioque aucti, inter suorum primos habiti sunt. Quibus etiam ducatum sui exercitus demandavit, ita ut praeclarae illius victoriae de Britonibus habitae auctorem e nostris exstitisse, fama fuerit; quippe nostrates belli experientia probatos, non tantum illi proelio interesse voluit, sed etiam praesidere [1]. Ex nostris insuper inter Regni sui pares esse constituit, deque principum Galliarum capitibus ferre sententias [2].

---

6. ipsos sua gloria *A*; gloriam *C e* Mur. — 8. viritimque *A*; iunctimque *C e* Mur. — 16-17. Brittonibus *C* — 17. quippe Mur.; tametsi *A C* — 19. pares Mur.; patres *A C*

[1] Carlo di Borgogna pose l'assedio a Neuss il 30 luglio 1474. All'impresa parteciparono le milizie italiane al servizio del duca, fra le quali si distinsero i contingenti napoletani condotti dal conte di Campobasso e da Giacomo Galeota. Il tentativo di scacciare il nemico dall'isoletta formata dal Reno finì con un insuccesso. Ciononostante il duca continuò a servirsi dell'opera dei Napoletani, i quali dettero nuova prova di valore in un combattimento contro le genti dell'Imperatore avvenuto pure presso Neuss il 23 maggio 1475. Fra i combattenti al servizio di Carlo di Borgogna furono altresì il più giovane figlio del conte di Campobasso, Giovanni, armato cavaliere dal duca in quella circostanza, e il conte di Celano Ruggierone Accrocciamuro. Quest'ultimo e Cola di Monforte parteciparono all'occupazione della Lorena sempre per conto del duca di Borgogna, mentre il Galeota si trovò presente alla battaglia di Granson. Lo stesso Monforte, il figlio Angelo e l'altro figlio Giovanni, il duca di Atri e altri napoletani si batterono a Morat. Dopo la morte del duca di Borgogna il Campobasso fu in trattative per entrare al servizio di re Luigi XI, ma, non essendosi messo d'accordo con il nuovo padrone, tornò in Italia. Cf. l'opuscolo *De varietate fortunae* e B. Croce, *Un condottiero italiano del quattrocento*, cit. in La Critica, XXXII (1934), pp. 28 e sgg. e 111-112, il quale a torto dubita delle trattative corse col re di Francia. All'impresa di Bretagna partecipò Giacomo Galeota, che morì per le ferite riportate nella battaglia di Saint-Aubin-du-Cormier (28 luglio 1488). L'esercito francese era comandato da Luigi de la Trémoille. Anche Angelo Di Costanzo attribuì al Galeota il maggior merito della vittoria riportata sul duca di Orléans (*Historia del Regno di Napoli*, Napoli, 1710, p. 515), e l'opinione degli storici napoletani è confermata in Francia dagli studi di P.-M. Perret, *Jacques Galéot et la republique de Venise* in Bibliothèque de l'Ecole de Chartes, LII (1891), 590 sgg.. Cf. inoltre P. Valton, *Notice sur une médaille faite au XV siècle à la cour de Bourgogne* in Révue Numismatique, IIIme sèrie, tom. Ier (1887), p. 76 sgg. con tav.; G. Arnaud D'Agnel, *Politique des rois de France en Provence. Louis XI et Charles VIII*, Paris-Marseille, 1914, tom. Ier, *passim*, e dello stesso A. v. *La politique de René envers les Juifs de Provence* in Bullettin historique et philologique du Comité des travaux historiques del Ministero dell'Istruzione Pubblica Francese, 1908, 247 sgg. Un dispaccio del Galeota al march. di Mantova da Toul (8 novembre 1473) è citato da F. Cusin in *Nuova Rivista Storica*, XIX (1935), 160-161.

Il Perret distingue il Galeota da Jacques Ricard de Genouillac, dit *Galiot*, che sarebbe stato maestro dell'artiglieria sotto Luigi XI, e eguale distinzione fanno Mademoiselle Dupont nella sua ediz. del Commines, tom. I, p. 61, n. 2 e lo Chevalier nel suo *Repertorio bio-bibliografico*. Sembra invece che si tratti di un solo personaggio, o almeno che la carica di " maestro dell'artiglieria " sia stata tenuta dal Galeota napoletano. Cf. infatti L.-H. Labande, *Avignon au XV siècle*, Monaco-Paris, 1920, p. 314, n. 5, che rinvia a E. Pilot de Thorey, *Catalogue des actes du dauphin Louis II, devenu le roi Louis XI, relatifs à l'administration du Dauphiné*, Grenoble, 1899, tom. II, p. 297, n. 2, nonchè a P. Anselme, *Histoire généalogique et cronologique de la Maison royale de France, des pairs, grands officiers* etc., Paris, 1726-33, VIII, 162.

[2] Probabilmente qui il Caracc. allude a Girolamo Miroballo, che fu *juge-mage* ossia " giudice delle seconde appellazioni " in Provenza dal 1439 al 1443. Fernand Cortez, *Les grands officiers royaux de Provence*

Quamvis enim nominatim me quemquam prodere nolle meminerim, tamen ob facinorum claritatem, adstantiumque multitudinem ex toto christiano orbe, ea tempestate Gallorum regibus, et gesta, et eorum, qui gesserunt, nomina pluribus nationibus cognita, et clara habita pro comperto scimus.

Gustasse haec pauca trans Alpes ex multis, quae foris nostri equites gessere, cum satis esse putemus, par esse credimus, quales domi se praestare soliti sunt ostendere. Quare neque desidiosi, neque inerti otio marcire cognoscen'tur, ut maledici nonnulli nostrorum (Mur., 125) institutorum inscii obloquuntur. Spectentur ergo monumenta, quae sacris nostris aedibus continentur. Cognoscetur profecto, aut neminem apud nos, aut paucos omnino regnasse, quibus non ex hac nostra nobilitate comites expeditionum, invasionumque socii peculiares adfuerint, illosque regiae personae insignia gestare voluerint, eademque facinora secum tractare, eodem voto adstringi, beneque actae rei iisdem praemiis impertiri permiserint. Discernuntur haec in multorum tumulis et stragulis auro sericoque distinctis, pendentibus supra sepulta cadavera, in quibus, dum efferrentur, fuerunt ornamento, demumque memoriae servatis [1].

Porro, quod nos ipsi vidimus nostra patrumque memoria, etsi alienigenae apud nos regnaverint, principatusque assecuti sint, neminem tamen illorum extitisse, cuius aulam et exercitum honestissimo quoque ministerio aut officio nostri non expleverint, ut etiam filios, vel hic genitos, vel huc forte infantes advectos, per Neapolitanos equites educari voluerint, qui teneritudinem illorum stabilirent, lubricamque adolescentiam sisterent. Posthabitisque suis conterraneis, Neapolitanos esse maluerint, qui eorum liberos nostrae fidei praecepta utque ministeria docerent, quique etiam honeste saltare, canere, equos impigre quaquaversum agere, optime equitare, omni insuper armorum genere agiliter ludere regios iuvenes erudirent. Admittere vero principum populorumque legatos, postulata audire, responsionesque ex tempore (si res posceret) reddere in parentum absentia, omni servata maiestate, nostri cives etiam docuere. Adultis iam, et principalia munera obeuntibus, quinam eorum curam tutelamque, nisi nostri suscipere soliti sunt? Hi intra cubicula secretiora dormientibus principibus excubant, surgentibus praesto adsunt, vestes, calcearia promptissime administrantes, utque suos principes veneficiis tutos praestent, praegustatores, fertores, pocillatores tanta diligentia et caritate se exhibent, ut principis salutem suo mercari periculo non dubitent [2].

Haec itaque officia, cum iuventus, viridiorque aetas principibus tribuat, non desunt tamen gravioris aetatis viri, quorum auctoritate maiora magisque ardua dirigantur, utpote iustitiae distributio, rerum agendarum consilium, cautioque, ne quid inexpectati mali inopinatique subsequatur. Militiae bellique ordo, opportuna stipendia, vestisque militibus provisa, haec maxima ex parte per nostros agi continuo noscuntur. Vides etiam regium Consilium praeside, consultoribusque Naeapolitanis moderatum, vallatumque egregiis patronis, privatorum causas tuentibus. Et ne forte partem hanc ingenui laboris ab his relictam putes, fere advocati omnes nonnisi nobiles admittuntur [3].

---

5. gerere consuescunt *A* — 19. advectos *A*; adductos *C e* Mur. — 29. pocillatores *A*; pollicitatores *C* Mur. — 33. inexperti *A C*; inexpectati Mur.

au Moyen-âge, Aix-en-Provence, 1931, dove si trovano notizie di molti altri Napoletani, che coprirono gli uffici di Siniscalco (Riccardo Gambatesa, Tommaso Marzano, Raimondo e Ugo Del Balzo, Ruggiero Sanseverino, Niccolò Spinelli, Giovanni Cossa ecc.) e di Maestro razionale (Bartolomeo di Capua, Giovanni Pipino, Tommaso Sanseverino, Sergio Orsini ecc.).

[1] Nelle chiese napoletane esistono molte tombe di guerrieri e cavalieri, che si distinsero nelle guerre d'Italia e di oltr'Alpi durante il quattrocento e nei secoli posteriori. G. Frizzoni, *Napoli nell'arte del Rinascimento* nel vol. *Arte italiana del Rinascimento*, Milano, 1891, p. 88, il quale parla di un vero e proprio "popolo marmoreo" di guerrieri e di magistrati, paragonabile forse soltanto per numero e magnificenza a quello che si vede nelle chiese di Venezia.

[2] Cf. ciò che il Caracc. dice nelle *Vite di Giovanna I* e di *Sergianni Caracciolo*.

[3] Cf. per questo la *Vita di Giambattista Spinelli* del nostro autore.

Huiusmodi igitur moribus non modo obsequia, securitatemque principibus haec nostra nobilitas praestat, verum etiam auctoritatem et reverentiam apud exteros parit. Norunt enim eiusmodi cum regibus viros degere, eorumque res tractare, qui nullo decentius regiam ministeriis ornant, et qui bello pacique opportuna optime calleant, ut bellorum praeludia quotidie meditari, venationes intrepide obire, cantus saltationesque ad resumendas vires, ut vegetiores ad virilia munera redeant, concinneque citra lasciviam modulari.

Mur., 120 Talia igitur qui intelligunt, principibus adscribunt, tam'quam institutoribus tantae alumnorum disciplinae, unde et suspici ab omnibus, et venerari solent. Hinc etiam emanasse credi potest, ut cum totius inter Superum Inferumque mare Regni huius rex sit, Neapolitanorum tantummodo a plerisque dicatur, spectantibus, ut opinor, mutuam caritatem, quae raro in tam dispari hominum conditione esse consuevit [1]. Intelligunt enim, regi nostro non opus esse conductis, aut accersitis aliunde ministris, cum domi habeat fidos exercitosque viros, qui quantumvis arduum laboriosumque negotium attentetur, expedire audeant et possint. Quin etiam hinc nactos occasionem nostros principes crediderim, ut crebras inierint expeditiones, dum validam nec minus fidam manum facile parvoque aere comparare possint, qua non modo fines suos tutari, hostemque procul detinere, verum etiam se ipsis locupletiores bello lacessere, insolentioresque damno et ignominia afficere.

Profecto, postquam videris regiam omnem huiusmodi hominum genere refertam, exercitus vero militibus, ductoribus, necessariarumque rerum curatoribus constare, iudicia, tranquillitatemque a nostris equitibus aequo iure servari, iuraque sanctissime reddi, causas tanta diligentia ac fide agi, in aliis Regni civitatibus, procerumque et baronum oppidis iura dicere: profecto neque inertiae, neque desidiae nostram nobilitatem abs te damnatam iri puto, quam tot sacris profanisque militiae togaeque rebus tam assidue vacasse, omnique constantia insudasse cognoveris, suumque ad usque nostri sermonis ignaros nomen claris facinoribus propagasse. Nullas denique reor excogitari posse vias, quibus ingenium, se, suasque fortunas augere possent, quas non sagaciter nostri perquisiverint, constanterque tenuerint [2].

Mercaturae autem quod minime animum intenderint, recte ne factum sit, omittamus. Res est diu inter mortales disquisita maximis utrinque argumentis, sed sunt sui cuique patriae mores non improbandi. Magnos certe quaestus ex principum obsequiis, quae nostra mercatura est, percipere solebamus; atque utinam illam diu exercere possimus, filiisque exercendam relinquere. Hanc vero importandarum exportandarumque mercium rationem nobiles nostri honestis quidem civibus, non sui tamen ordinis, reliquerunt, per quos fideliter liberaliterque tractatur, ut pars etiam haec civitati nostrae non deesse noscatur.

---

3. ėiusmodi *hanno i codd.*; huiusmodi Mur. — 3-4. quae nullius decentis regiam ministeriis indigeant *A* — 5. cantus *om. C*, *non A* — 15. fidam *A*; firmam *C e* Mur.

[1] È una sottigliezza del Caracc. non del tutto rispondente alla realtà, poichè i Napoletani erano anche originariamente Abruzzesi, Pugliesi o Calabresi. Mi pare che il Gothein, *Il Rinascimento nell'Italia meridionale*, p. 34, non abbia inteso esattamente il passo.

[2] Il Caracc. polemizza a questo punto e per tutto il resto della sua operetta col Poggio, il quale aveva accusato i nobili Napoletani di abbandonarsi volentieri al dolce far nulla. Riporto, per maggior chiarezza, l'intero passo dello scrittore fiorentino, che il nostro si studia di confutare:

" Neapolitani, qui prae ceteris nobilitatem prae se " ferunt, eam in desidia atque ignavia collocare viden" tur, nulli enim, praeterquam inerti ocio intenti, se" dendo atque oscitando ex suis possessionibus vitam " degunt. Nefas est nobili rei rusticae, aut suis ratio" nibus cognoscendis operam dare. Sedentes in atriis, " aut equitando tempus terunt. Etiam, si improbi ab" surdique fuerint, dummodo priscis domibus orti, se " nobiles profitentur. Mercaturam ut rem turpissimam " vilissimamque exhorrent, adeo fastu nobilitatis tu" mentes, ut quantumvis egenus atque inops, citius fa" me interiret, quam filiam vel opulentissimo mercatori " matrimonio collocaret, mavultque furtis et latrocinio, " quam honesto quaestui vacare. Scio virum quemdam " equestris ordinis, genere atque opibus praeclarum, " quod aliquando, ut patremfamilias decet, vina ex va" riis praediis collecta simul vendere esse solitus, pro " mercatore velut infamem habitum, filiam etiam grandi " dote vix nuptui dare potuisse, adeo mercaturae nomen " apud ignaros atque inertes turpe atque obscoenum " putatur ". Poggi Florentini, *De nobilitate*, Basileae, apud Henricum Petrum, p. 67.

Ceterum spectari multos in consessoriis etiam ludentes non inficior, sed minime turpi otio, aut avaritiae adscribendum puto, quin potius defessis animis ob curas atque labores merito concedendum. Adde, ne si forte per itinera necessaria in aliquem locum devenirent, ubi ingenue luderetur, idemque, ut facerent rogati, ignorantia causarentur, se inurbanos rusticosque dici iniuria erubescerent, cum honeste ludere pars sit civilitatis.

Nec loca haec nostra fomenta inertiae desidiaeque haberi volo. Quin immo emeritorum senatulum honestissimum, in quo domi militiaeque magistratibus egregie perfuncti, sua, aliorumque decora recensentes, principum et nationum mores, vias, atque artes, quibus varias per regiones parari gloria possit, iuventutem docentes, exemplorum stimulis instigant, aemularique audita cogunt [1]. Longe plura dici possent, quae arguerent nobilitatem Neapolitanam genuisse, submisisse, hactenusque servasse laborem et industriam, non otium et inertiam, sedendo' aut oscitando, ut quidam etiam ausus est scribere, cuius ne manes exagitem (decessit Mur., 127
enim iam pridem) nomen supprimo [2]. Unum est, quod non possum non stomachari, quando scribere non erubuit, sibi videri suam gentem rectius quam nostram de nobilitate sentire, cum sui cives maxima ex parte lucriones, vilibus etiam merciculis quaestus faciant, foenusque, utpote rem honestam, passim et impudenter exerceant, omneque prorsus virile officium legitimumque laborem aversentur [3].

Dicis forsitan: adeone munda et abstinens fuit isthaec vestra nobilitas, ut non aliquando facinorosos ediderit? Profecto minime istud asserere ausim, memorque praecipue delationis quorumdam, quam mecum expostulasti, obtestatus prius, ut penes me continerem, neminique deferrem. Respondi (rem tamen utriusque nostrum auribus non insolitam, tametsi molestam et ingratam auditu) et fures et plagiarios non solum, de quibus praesens habebatur sermo, sed similibus, et longe foedioribus sceleribus deturpatos in nostra gentilitate subinde extitisse, quorum non modo mores et vitam detestamur, sed etiam nomina oblivione delemus. Eorum tamen nequitis nequaquam reliquos foedari solere, tu ipse optimus arbiter esse dignosceris. Nam si nobilitas aliqua est, quae sanctis probatisque moribus vivat, vestram esse fatendum est. In ea tamen aliquos patet flagitiose, scelerateque, neque secundum maiorum instituta vixisse, nec hodie, ut verisimiliter credi potest, etiam vivere. Nam etsi vestri magistratus omni conatu prudentiaque satagere non cessant, ex tam bene culto agro damnosas pestilentesque plantas evellere, reliquorumque famam omni animadversionis silentio custodire, non tamen cavere possunt, quin vitae exitus nonnullorum malefactis digni perspiciantur, cum in carceribus strangulari, flu'ctibus obrui, et id genus extingui eos mandent [4]. Non ergo Mur., 128
mirum videri debet in tanta hominum copia, si qui sint perverse impieque viventes; probi etenim numero honestisque moribus illos profecto obruunt, quibus etiam, ne nominentur, praestant, eademque pars eorum inter ingenuos, quasi parum faecis in arca capacissima esse solet.

Stemus igitur experientiae, qua nihil certius fideliusque haberi potest. Novimus enim ex primis monumentis, quam rara, aut nulla fuerit societas ex omni parte sincera. Societatem cum dixi, familiam, domum, coetulum quemcumque intelligi etiam volo. Solari nos tamen potest in hac parte summi cuiusdam pontificis [5] responsio, apud quem cum anxie quidam eius gentilis quereretur, quamdam ex cognatione mulierem nimis impudice vivere non sine

---

15. merciculis *A*; mercibus *C e* Mur. — 27. credendum *C in luogo di* fatendum

[1] Il Caracc. accenna qui alla funzione dei "Seggi" nella formazione politica della gioventù napoletana, rispondendo allo scrittore fiorentino, il quale ne aveva parlato con leggerezza, perchè ignaro, *inscius*, delle istituzioni napoletane.

[2] Il Poggio morì il 2 novembre 1459.

[3] Qui il nostro a. muove al contrattacco, accusando la popolazione fiorentina di spirito eccessivamente mercantile e di usura, e dicendo che evitava *omne virile officium legitimumque laborem*. Naturalmente bisogna tener conto dello spirito polemico, con cui sono pronunziati tali giudizi.

[4] Accenni all'azione epuratrice del Consiglio dei Dieci.

[5] Forse Alessandro VI.

magno familiae dedecore: *Noli*, inquit, *mi fili, propterea tristari, sed potius boni consule. Vae enim familiae illi, cui non sunt viri aliqui perditi, feminaeque vitiosae*, quasi humilitatem damnans, ac gentilium paucitatem.

Habes ergo, quae scribere ad te caritas patriae me compulit, quae quidem verecundiam et timorem ineruditionis et inscitiae exegit, urgens etiam ad te talem virum haec delegare, cui veritatis maior, quam verborum cura est. Tu vero pro iudicii tui rectitudine bona illa censebis, quae ad optimum missa sunt, et quod mihi ipsi persuasi, benigne fac praestes, ut si quando in oblatratores laceratoresque Neapolitanae gentilitatis incideris, offa prudentiae facundiaeque tuae fauces illorum obstruas, oraque occludas. Erit tibi profecto nobilissimo, nobiles tutari, ingenitum decus, talemque ordinem patrocinio obnoxium tibi reddere. Mei tamen, cuius in te amori nil addi potest, memor sis, inque tuos non postremos adscribas.

---

8. offa *A*; offulis *C* e Mur.

OPUSCOLI INÈDITI

I.

LETTERA SULLO STATO DELLA CITTÀ

EPISTOLA DE STATU CIVITATIS

Quod prioribus litteris tuis non responderim, non arrogantia, sed consilio factum c. 117 credas; nunc autem posterioribus istis tam impense idem flagitantibus extorsisti qualiter post abitum nostri regis hic degatur[1]. Quod autem tam anxie accurateque nosse cupis, scito nostris animis molestissimum, reminiscentibus nobis quam insolita ingrataque fuerit proximorum regum absentia, cum forte aucupatum Apuliam peterent, quamque sollicite anxieque ritardatum aliquot dies eorum reditum exspectabamus, et querebamur quod brevi et certa exspectatione futurum noscebamus, unde factum reor ut non modo grave, verum intolerabile aestimetur nobis in conspectu et consuetudine principum assuetis vivere, nunc tam longe degentibus exiguaque spe, aut adeundi illos, aut aliquando expectandi, ... nisi acerbam, miseramque vitam ducere, quod si forte abessem, ista ipsa me cura sollicitaret, sed intuenti urbis faciem, quam si vel perpetuam sperarem, et timoris, et maestitudinis multum demptum foret.... verum ne hac spe recreer, labentis in dies urbis status facit, quem discretim per gradus ostendam.

Procerum corpus, divitum, baronum oppidorumque potentium, si quando alias polluit et hi iam suam fortunam aut ignorant, aut dissimulant, quando nequaquam ad magnificentiam, lautitiam, liberalitatemque se accomodant. Intra enim equestrem victum illam sopprimunt tum famulitii paucitate, tum equorum reliquique decentioris apparatus modicitate, et seu diffidentia progrediendi, seu timore ne quandoque novarum rerum motu possessionibus disturbentur, tutiores pecunia muniti, quam amicis se putant. Itaque omni studio et industria opes parare satagunt, nec minore cura illas servare student, et hoc inter commoda non minimum numerandum; frustratur enim spes tot obsequio divitum honeste vivere sperantium, simul et urbis alacritudinem claritatemque minuit, spectando neminem principali ornatu et pompa prodire.

Est et decurionum reliqua nobilitas qui, etsi censu inferiores illis, non tamen natalibus et stegmatibus, quibus plerosque divitum praecedunt, et hi damnum ingens perpatiuntur, principum semidesperato intuitu, quippe quibus patrimonium sufficiens adest dotium immanitate, qua maxime insanimus, aut labentium tectorum instauratione ultra quoti'dianum victum, c. 118 cui redditus vix satis erant, res quotidie decrescit. Adde quod pensiones tabernarum et aedium reliquarum, ex quibus potissima pars nostri census, propter infrequentiam urbis adeo volverunt, ut vix dimidium solito reddant, idque ob conductorum indigentiam coactu magi-

[1] Ferdinando il Cattolico, che giunse a Napoli il 1° novembre 1506 e ne ripartì il 4 giugno 1507.

stratus exigi oporteat[1]. Itaque suggerente fisco, harum impensarum solito instauratore, labi patrimonia necesse est.

Sed, quod nos maxime angit tristesque habet, est puerorum adolescentiumque infelix conditio, quos quanto magis adolescere, et aptiores patrum virtutibus provenire cernimus, tanto magis commisereri nos cogunt, ignorantes quibus eos destinemus, qui indolem egregiam submittant et ingenia bona proficere vel maturare procurent, quibusve obsequia laboresque praestent et beneficos liberalesque sibi reddant, quare et se augere et parentum necessario imminutum censum sufficere possent, eoque modo quod honeste erogatum est honestius denique reponi.

Hoc ita praestabat ut tantis quotidianis sumptibus patrimonia non tantum sufficerent, sed augerentur. Sic perpetuo stabilita est nostra nobilitas, continuis erga reges officiis, vicissimque illorum erga nos liberalitate et munificentia. Haec profecto est illa mercatura, quae tantas opes nobilitati nostrae importavit, quibus exacte calculis suppetando, aut nullis aut paucis earum, quae diutissime praedicantur, civitati cedat[2]. Hoc profecto, remoto principe, sperari non datur.

Addit etiam maestitiae nostrae quod filii ipsi mala adhuc sua ignorant, cum aetatem superiorem hac sua meliorem non credant, fabulasque nos narrare superiora recensentes existiment, similiterque nos patribus sua tempora nostris praeferentibus inficiabamur. Sic itaque labi nostram rem aliquamdiu cernimus, sed modo maxime verendum est, nisi inopinatum aliquod subsidium affulserit, ne brevi fundum teneat, perpetuoque subsidat.

Sed ominari sinamus quidquid praecipuum iuventutis nostrae decus in praesentes adolescentes finire timemus, quorum ipsi reges eorumque nati socii auctoresque esse non dedignabantur, aemulari, insuper superari aequo animo ferebant. Peritia haec erat equitandi, tractandique arma, seu hasta, seu gladio, adeo ut vulgo ubique diceretur: " Cum neapolitanum armatum equum agentem videris, scias illum proprium sibi decentissimumque tractare officium ", intantumque iis pollebamus, ut exteris multis apud nos ea didicisse ad suosque
c. 119 transtulisse utile' pariter et gloriosum fuerit. Haec praestabat regum assuetudo et stimulus, qui non modo speculatores, sed et laudatores castigatoresque interesse malebant.

Laedet mihi in hac nostri ordinis commiseratione immorari, etsi quotidie magis se suggerit; videmus enim si quid iam aut sacerdotii dignioris, aut ordinis alicuius haereditas ampla magistratus denique praefecturae, militiaeque ducatus aut nulli aut viliori nobis conferri. Mercatorum vero curiosa industria nil commodius se habere merito credi potest: quippe interclusa regia nobilium consumptrice mercium, utpote gemmarum, sericarum, purpurearumque auro insuper contextarum vestium, auri, argentique omnis generis vasculorum, quibus sua exponat, non habet, non solum aulae defectu, verum principum, ducum, reliquorumque procerum, qui regiam civitatemque magnificentia expensarum honestare ac non parum lucri etiam institutoribus afferre solebat. Conventus nulli visuntur, et fit ut, cum debita pecunia pro exhibita merce a creditoribus reposcatur, debitores ipsi illa eadem, quae solvenda sumpserant, offerant, causati solvendum non esse, cum quibus revendi possent defuerint, ex quibus eorum solutionem verisimiliter praesumpserant.

Quare cum quotidie minus nominibus respondere noscatur, et cessat nobilium rerum importatio, necesse est res totque earum quibus ne humillimus quidem paupellus carere possit, casei scilicet et olii similium minutiarum.... Itaque verendum est ne pars magna mercatorum decoquat maximo reliquorum damno et dedecore. Vides ergo duo civitatis robora

---

[1] Secondo il Faraglia, *Storia dei prezzi in Napoli dal 1131 al 1860*, Napoli, 1878, che ebbe presente il Libro di cassa del convento di San Domenico Maggiore, alla fine del sec. XV le pigioni delle case e delle botteghe in Napoli non erano assai elevate. Il prezzo delle medesime aumentò dopo la scoperta dell'America, ma per molti anni si mantenne eguale a quello dell'età precedente. Pare che un rialzo sensibile si sia avuto soltanto alla metà del sec. XVIII, quando la città tornò ad esser sede della Corte. Se fu così, la notizia del Caracc. acquista maggior valore.

[2] Su questo concetto cf. l'opuscolo *Defensio nobilitatis neapolitanae*.

sensim debilitari, quae non absona coniectura a statu vitaque maioribus solita decasura ad longe deteriorem ominamur.

Superest opificum olitorumque recensere conditionem, quam, etiam me tacente, reor esse perspicuam. Pendet enim omnis ex regali procerumque et nobilium reliquorum victu magnifico. Absentibus itaque, quibus arma fabricabant, et reliquum militarem apparatum, vestes tam magnificas dominorum, honestas famulitii, quibus insuentur nobilia illa equorum ephippia tegmentaque regie exornata, tamque varie effigiata, cuius civitatis nostrae adeo singulare erat magisterium, ut a remotissimis orbis partibus ad nos sibi illa paranda adirent? Sinamus Italiam utpote contiguam, nonne Galliam, Pannoniam, Hispaniam equos neapolitanis tegminibus, quas "copertas" vulgo appellant, exarmare deprehendimus? Quae etiam pro regali utrinque munere nostros' reges ad similis fortunae viros pro magnis mittere, aeque ab *c. 120* illis pro magnis accipi audiebamus[1]. Parabunturne haec tam magnifica militaria instrumenta, mulabus et quidem paucis, quas perreptare urbem cernimus? An aureum caeruleumque in iis impendent, quos exigua mulae impensa vexat? Ita fit ut qui bene equitare norant dissuetudine dediscant. Adolescentiores autem quod non spectant minime docentur, et recte agere nequaquam poterunt. Quam parum nostri operarii lucrentur testantur idus augusti, cum locatoribus aedium pensionem solvere necesse sit, illique nequaquam diutius redditum anno exspectatum propter indigentiam et victus necessitatem ulterius sperare possint, et cum forte necesse sit conductores in ius trahere, id quod erogaverint in litem perire continget, adeo debitorum exilis extat supellex, ut ne sorti quidem sufficiat pensionis. Quapropter tabernarum ingentem numerum praeclusarum spectare licet, locandas titulis affixis, superficientium quarum locatio modo ambitiose licitari vulgo noscebamus et quos heri probatos artifices frequentabamus, hodie sibi panem ostiatim mendicare cernimus. Haec mala quae peiora portendunt destitutos regibus arguunt firmissimis Regni columinibus praecipueque huius nostrae civitatis. Subiit interea maioribus nostris quantas referre non valemus gratias habere, qui coenobia iis redditibus stabilivere, ut non modo perpetuo ibi degentibus honestum victum praestarint, sed tantae mendicatium multitudini, quotidie ad ea confluenti, secumque liberos ad elemosinam trahenti, panis, vini, interdum leguminum refocillationem providerint.

Scio me responsionis limites transisse; poposceras enim tantum quales nos post principis essemus discessum. Ego autem quales futuros etiam rebam ostendi, quod utinam falsum timorem, potius quam verum omnem fuisse doceat eventus.

---

[1] Per le fabbriche di "gualdrappe" a Napoli cf. G. Filangieri, *Documenti per la storia, le arti e le industrie delle provincie napoletane*, Napoli, 1891, voll. V e VI, ved. nell'*Indice* sotto *cojari*. Fra gli artefici si incontrano Salvatore Di Comite, Antonello Delle Frange, Prisciano Palumbo tutti della fine del '400.

II.

LETTERA SUI FUNERALI DI RE FERDINANDO PRIMO [D'ARAGONA]

TRISTANI CARACCIOLI

EPISTOLA DE FUNERE REGIS FERDINANDI PRIMI

NON adfuisse funeri Ferdinandi regis merito profecto doles, spectande Praesul; c. 136
subiecisses enim oculis funebre spectaculum, quale nostra aetas non vidit facile, nec patrum spectavit romanisque forsitan muneribus par. Quod autem absentia tibi subtractum est, enixe petis lectione et auditu a me instaurari. Id profecto diligentiori eruditiorique relatori iniungere potueras, quippe non ea diligentia et cura spectaveram, tamquam absentibus repraesentaturus, quando, et si sic spectassem, non tamen digna enarratione id me prosecuturum sperassem. Sed, Reverende Pater, idemque germane, cui nihil in me est, quod non tibi debeam, posthabito verecundiae reprehensionisque timore, conabor tibi obsequi, et, si quid inerudite inconcinneque exciderit, hoc etiam oboedientiae ascribe, quae et talium periculo me obiecit. Ne tamen te diutius distineam, meque anxia cura obsequendi et te noscendi liberem, exordiar [1].

1-2. *Questo è il titolo del cod. P*; De funere Ferdinandi Primi Epistula *A* — 3. Profecto *om. P*

[1] Riportiamo qui alcune altre descrizioni dei funerali di re Ferrante lasciateci da contemporanei, che serviranno a chiarire quella del Caracc.

NOTAR GIACOMO, ediz. GARZILLI, pp. 178-180: "Adì "xxv de iennaro dello anno MCCCCLXXXXIIII de "sabato ad hore 16 1/2 in la festa de la conversione de "sancto Paulo in lo Castello Novo la M.stà del Sere"nissimo Re Ferrando primo de Aragona, essendo ve"nuto da fora et oppresso de uno catarro, sì anche "che per ordene del Sig.re Ludovico Sforzia lo Chri"stianissimo Re Carlo de Valoys era deliberato venire "a la impressa del Regno .... secundo piacque alo om"nipotente Dio se lo retirò ad sè, dove ogni uno mi"nisteriale serraro le loro poteche et stavano male con"tenti ....

"Ali xxxi eiusdem mensis et anni de venerdì ad "hore 15 1/4 incomenzò ad uscire dal Castello Novo lo "exequio, cioè dece Confratanze, tucte le religioni, le "parrochie, cruci 23, preiti 67, li maistri et yconomi "de la venerabile Ecclesia et hospitale de la Annun"ciata de Napoli, episcopi 17, dove de quilli nce ne "erano 12 con le mitrie; scanne 38 tucte de ligname "con le intorze, et in ogni uno erano 20 intorze. Lo "corpo della predicta M.stà era dentro uno tavuto bal"semato, sopra la bara una coltra de broccato rizo "(*riccio*) sopra rizo, de sopra al tavuto la corona, la "spata, lo sceptro et la palla, et lo palio de broccato "sopra lo corpo con octo bastuni et doy croci appresso "lo corpo. La castellana fu ordenata a Sancto Dome"necho; le torze che erano in quella, tucte de cera "biancha; dove li andò appresso Re Alfonso, lo illu"stre Don Ferrando duca de Calabria, primogenito de "dicto Re Alfonso, lo Sig.re prencepe de Altamura, "tucti li figli et neputi, baruni et signori, si ancho li "tribunali vestiti de negro, dove che circha 2000 per"sune erano li vestiti. Et arrivato lo corpo in Sancto "Dominico, se dixe la messa et lo officio „.

G. PASSARO, *Historia*, Napoli, 1785, pp. 56-58: "In questo anno 1494, ali 25 dì jennaro .... de sabato "alle 16 hore et un quarto ei morta quella f. m. del "glorioso signore re Ferrante primo d'Aragona .... "Lo dì medesimo che è morto lo bono re sopradetto, "lo suo primogenito don Alfonso d'Aragona è caval"cato per Napoli .... sopra un cavallo morello molto "grande et bello che pareva un Ettore troiano con "tanto magno core andava, et dopoi se ne tornò allo "Castiello novo, dove trovai la Regina sua mareia "(*matrigna*) nominata donna Joanna de Aragona mo-

Decesserat rex octavo kalendas februarii; elatus est pridie earumdem. Omne medium tempus in exequiarum apparatu dispensum est, cui nec filii liberalitas, nec ministrorum

---

gliere che fu dello signore re Ferrante primo et detta regina haveva fatto con lo predetto signore re una figliuola di 16 anni molto bella, quale stava con la matre dentro una camera scura, et con grandi lamenti per la morte de suo patre dicendo: "Hoggi è morta "la vera sapienza, et luce de Cristianesmo, et come "ci hai abbandonate? a chi ce hai lassate? morta è "ogni gente, perduto tuo Regno senza reparo „. Et in questo ionse lo signore re Alfonso suo figliastro .... et intrai in detta camera, dove parea che lo mundo venisse in roina, tanto era grande lo pianto che facea la detta reina, et sua figlia ....

"Lo martedì seguente che era lo quarto dì della morte di detto signore re Ferrante primo, lo corpo morto fo imbalzamato et fo calato alla cappella dello Castiello nuovo, perchè questi quattro giorni era stato alla sala dello Triunfo di detto castiello, acciò che ogni persona lo potesse vedere, et basareli la mano, dove che detto re teneva una corona in testa che valeva più di uno milione d'oro, et lo pomo d'oro in mano, et dall'altra mano una bacchetta d'oro, et così iacea lo sopraditto magno re.

"Lo venerdì seguente si fece l'esequio di detto re con tanta solennità, quanta mai per alcuno prencipe fosse fatta. Pensate che qua foro tutti i preti de Terra di Lavoro, et tutti i frati di Terra di Lavoro, dove foro cinque milia minori, et quattro milia preti, et 400 (?) episcopi et mille abbati, et foronge doi millia battenti et ogn'uno di questi andavano con sue cerimonie, che parea aperta la corte celestiale con tanto ordine andavano; et più ce foro tre mila gramaglie appresso suo corpo, dove ce andava lo signore re Alfonso II suo primogenito et appresso don Federico de Aragona prencipe de Altamura, fratiello carnale di detto re Alfonso, et così de grado in grado andavano soi consorti. Andavance ancora treciento banche piene di torcie pure appresso di suo corpo et ad ogni banco stavano quaranta torcie bianche.

"Lo corpo morto andava dentro uno taùto de argento coperto di velluto nigro dentro una bara; sopra questa bara una coltra d'imbroccato d'oro riccio, che non si vedde mai la più ricca cosa. Pensate che fo stimata sette milia docati. Et dopoi sopra detta coltra stava questo taùto, et sopra lo detto taùto stava la corona, lo pomo d'oro et la bacchetta d'oro. Tutte queste cose valevano più di un milione d'oro. Et così portaro lo corpo a Santo Dominico, dove stava tutto de nigro parato, et dentro era fatta una castellana di legname molto ricca, tutta fornita di cera bianca .... „.

S. Guarino, *Diario*, in *Raccolta di varie Croniche, Diari ecc. appartenenti alla storia del Regno di Napoli*, Napoli, 1780, I, 212 sgg.: "A dì 25 gennaro, XII Indictione, de sabato, la M.stà del Signor Re Don Ferrando de Aragona passò de questa vita presente a 16 ore e mezza in lo Castello novo de Napoli .... Adì 26 de domenica detto Re Ferrando fo posto a la Sala grande de lo Castello novo sopra un letto grande con coltra de broccato carmosino, et tenea vestito un juppone de broccato et una robba longa de broccato a fiamma, infoderata de gibellino, et una stola allo collo de broccato et una ricca corona, et sopra li guanti tenea molte anella con petre finissime, et alla mano deritta tenea un bastone inaurato, et all'altra mano una palla inaurata, et tutti li Monasterii de Napoli ze foro e dissero messa sino a 18 hore pure alla Sala grande, perchè ze foro fatti deci altari de tavoli, et tutti quelli frati stavano lo die et la nocte sempre dicendo oratiuni et officii, et gran quantitate de homini e donne li andavano a basare la mano e li piedi et ze erano molta quantità de intorcie de cera bianca, et a lo letto ze erano tre cussini de imbroccato et stavano da capo lo letto, et supra lo letto ze loava lo celo e lo dossero de broccato, et due pagie stavano con dui ventagli cacciando le mosche e grande quantitade de baruni e cortisani stavano intorno al letto.

"Adì 27 detto de lunedì fo fatto lo semele como la domenica et ale 23 hore la Sig.ra Reyna e l'infanta sua figliola con tutte sue damicelle e con gran compagnia de gentile donne de Napoli, andaro allo corpo de re Ferrando, et si se tagliò li capilli e fonze gran pianto, li quali capilli erano longhi dall'orecchia 6 palmi di canna fino alla ponta di detti capilli. Et ditto signor re don Alfonso con tutti li baruni et imbaxaturi andavano con la Signora Reyna facendo gran pianto.

"Adì 28 detto ditto Re Ferrando fo portato alla Ecclesia dello Castello nuovo, et fo posto in lo tavuto sopra un talamo e coperto con la coltra de broccato, et sopra lo tavuto ze fo posta la Corona et lo bastone, et la palla con la spata, e nze foro pure li monasterii a celebrare le messe e dire oratiuni, e dire offitii, cossì come fo fatto quando stava alla Sala grande.

"Adì 29 detto mercordì fo fatto lo semele, perchè pure stava in la Ecclesia, et tutti li cortesani stavano per torno lo tavuto et in capo et in piedi stavano li candelieri de argento con la intorza de cera bianca, et la croce in capo.

"Adì 30 detto de jovedì fo fatto lo semele perchè pure stava in la Ecclesia et tutta la cera che se ardea era bianca, perchè erano molti cirii intorno.

"Adì 31 detto de venerdì ad hore 16 tutti li monasterii e confratorii di Napoli foro in tale exequio, zoè primo le Confraterie, che foro 10, e doppo li monasterii, et appresso li preti, e portaro 25 croci, et doppo foro pigliate tutte l'intorze, ch'erano negre, che stavano dentro certe tavole pertosate ali piedi, e foro portate da muzi de stalla e molettieri con li gramagli, e foro le intorze qualche mille e onne frate portava doi candele, e solo l'ordine di S. Francesco, zoè de la Osservanza, foro 266, che non ce fo altro Monasterio più di quello, et ancora nce foro assai de lo Terzo ordine, et li preti portavano le intorze de cera bianca allumati, et in questo mezzo tutti li baruni et cortesani stavano assettati in terra per torno la corte del Castello con le gramaglie, e come foro portate tutta quella gente, la Sig.ra Reyna, la Infanta e molte damicelle, et gentiledonne Napoletane, descesero

diligentia, nec etiam artificum ingenia aut manus defuere ad cuncta magnifice effingenda. Ita omnia egregie ad praefinitum diem affuere. Numeretur in apparatu evocatio pontificum religiosorumque fratrum cuiusvis ordinis, quos eorum praesides adesse mandaverant, quibus quantum et temporis et viae spatium patiebatur, ocissime obtemperatum est. Ingens etiam paganorum multitudo, quos funeris rumor exciverat, confluxit.

Cum igitur primum praefinita illuxit dies, aedium maxima tintinnabulis funebre, utpote talibus solitum, signum dedit, quo accepto, reliquaeque simile reddiderunt statim. Mox omnis sacer ordo ad arcem, unde funebris pompa movenda erat, seriatim ire pergit, omnium primi quos " Batuentes „ vocamus, manipulatim suo sub Crucifixi Domini signo quique adfuere, qui quidem sacris induti, laeva cereis praelucentes, dextera plectentes, scuticis terga batuentes, feretrum cadaveri paratum, veniam et pacem regi expostulantes, lustrare coeperunt, quem ordinem reliqui tenuerunt.

Cruciferi enim post hos sequebantur, quorum est caeruleo uti habitu, cruciculamque perpetuo manu gestare; mox Carmelitani, quos Heremitani Divi Augustini fratres sectabantur, qui Minores Divi Francisci anteibant, et ipsi Praedicatores Divi Dominici praecedebant, post quos qui minime similibus interesse' soliti, sed sua claustra servare, apparuere vene- *c. 137*
randi Patris Benedicti monitis et institutis munde sancteque se custodientes, licet vestium et constitutionum diversitate discrepent: Sanctae Justinae societas, quos pullus velat amictus, Montis Oliveti monachi et ipsi in albis proximi, qui Virginis Montem incolunt, et ipsi similiter Oblati.

Novissime Beati Apostoli sacerdotes, non per singula crucis vexilla distincti, neque binatim, ut monachi incedebant, sed inter mixtas omnium parrochiarum cruces, una cum praesbiteris dissono a caeteris cantu et confuso, decenti tamen psalmos et praeces decantabant. Episcopalis vero crux prope feretrum remansit, ut propius praecederet.

Interim cadaver ex aedicula, in qua iacuerat, locello inclusum, in cavedrum effertur,

---

1. ad cuncta magnifice effingenda *om. A* — 6. lugubre *A in luogo di* funebre — 10. praelucentes *om. P* - dextera plectentes *om. A* — 11. veniam *om. P* — 13. post hos *om. P* — 19-20. proximi qui Virginis.... Oblati *om. P*

" alla Ecclesia, et in quello tempo li baruni pigliaro " lo corpo in collo con lo tabuto, dove ce era coperta " una coltra de broccato de canne 30 e costao la canna " 90 ducati, et lo Signore re Alfonso andao appresso " in mezzo all'archiepiscopo de Napoli et abbati, che " andavano innanti tutti vestiti pontificali: et li imba- " xatori andavano con lo duca de Calabria e circa 4 " milia gramaglie andavano appresso. La Sig.ra Reyna " verso la predica e dicendosi la predica, et andava " vestita de panno grosso e centa con un cordone de " fune. Lo predicatore fo de l'Ordine de S. Domenico. " E ditto corpo se ne andao a S. Domenico, dove ze " fu tutta la cannelaria de cera bianca e fu posto al- " l'altare maiore dalla banda diritta dello altare in " alto e coperto con la coltra de broccato et intorno " coltrini de velluto carmesino, et durao la funtione, " l'uffitio e lo sermone, che quando lo Sig.r Re d. Al- " fonso tornò in castello, erano 22 hore „.

Leggiamo inoltre in una cronaca contemporanea: " 1494. All'ultimo di gennaro se fecero l'essequie " dentro S. Domenico. Uscio il corpo dal Castello " nuovo e (fu) posto dentro il tavùto, e nge foro tutti " li Battenti, li frati de S. Maria de li Virgini (Croci- " feri), che foro li primi, appresso S. Maria della Gratia " et de lo Carmine; li altri foro li frati di Sant'Ago- " stino et di S. Giovanni a Carbonara; li terzi foro li " frati di S. Maria Nova (Francescani) con quilli di S. " Lorenzo; li quarti foro S. Dominico e S. Pietro Mar- " tire, S. Pietro a Majella, S. Pietro ad Ara, S. Maria " de Badis o Padis, e S. Severino (Benedettini) e S. " Maria di Monte Vergine e Monte Oliveto. Di po " i sequero tutte le parrocchie di Napoli e di poi ven- " nero ciento prieti, che ogn'uno portava un cirio bian- " co in mano: di più nge foro 36 banchi, che nge erano " per ciascuno ventuno a venticinque cirii negri. Dopo " lo cuorpo, che lo portavano li baroni del Regno, e lo " pallio lo portaro quelli che havevano li sette officii " del Regno e Napoli; appresso alle torcie venivano " 14 vescovi con le mitre, e quattro non foro vestiti e " nge veneva in mezzo a loro l'arcivescovo di Napoli " e quello di Cosenza, e de poi seguia il duca di Cala- " bria, lo primogenito di re Alfonso II e li altri appres- " so. A S. Dominico era la castellana tutta di torcie " bianche „. *Cronica anonima dall'anno MCCCCXXXIV all'anno MCCCCXCVI* (di Antonio D'Afeltro) in *Raccolta* cit., I, 181-82 e 291-92.

Cf. anche *Cronica di Napoli d'incerto Autore che comincia l'anno 1452 e finisce l'anno 1534, ivi*, I, 137; *Racconti di Storia Napoletana*, in Arch. stor. per le prov. napol., XXXIII (1908), 511; P. Magistretti, *Lutto e feste della Corte di Napoli*, in Archivio Storico Lombardo, VI (1879), p. 685 sgg.; R. A. Ricciardi, *Il regno di Alfonso II d'Aragona (1494-95)*, in Archivio storico gentilizio del Napoletano, I (1895), p. 1 sgg.

feretroque imponitur, quod ingens stragula in terram usque demissa tegebat; erat enim textili auro adeo rigida, ut per se stare potuisset. Aderat et in ipsa extantia loculi continentis corpus pulvillus capitis vice coronam illam gemmarum et pretii magnitudine orbi toto famigerabilem sustinens. Paulum infra dextra latera regale sceptrum instar manu detentum, e regione vero laeva aureum pomum solitum regibus interiori manu gestari, cum suo ipsorum habitu prodeunt. Pendebat etiam velut e balteo gladius ille gemmis et auro insignis. Quae omnia adeo concinne affinxerant, ut eminusculo intuentibus viri faciem praeberent.

Deposito igitur locello, superinducta est regina uxor multis principibus feminis et aulae primoribus comitata, pullis vestibus, passis crinibus, laceris genis, pectora tundens, quam simili habitu et gestu ingens feminarum turba sequebatur; adeo eiulatus et questus locum omnem oppleverant, ut praeterea nihil exaudiri posset. Talis ergo regina lectulo procumbens amplexabunda et deosculans loculum et regem et se infantemque filiam tanto orbatas viro et patre lamentabatur. Rari profecto adfuere qui lacrimas commiserationis tenere potuerint, praesertim cum avelli eam, velut exanimem, ferculo a principibus regni cernerent [1].

Amota igitur regina, non minori eiulatu quam admissa, feretrum interea sublatum viginti comitibus (est enim comitatus titulus inter proceres non infimus) ferrique coeptum, quod ingens pallium, et ipsum auro contextum, purpura regiisque insignibus fimbriatum, a principibus ducibusque hastis auro minioque suffultum, lectum superne eminuscule integebat, ne
c. 138 forte despici cadaver aut' foedari casu posset, sive, quod magis reor, ut suus in tegendo regum corpora servaretur honos.

Moveri ergo cum coepisset pompa, pontifices multi aderant. Non enim tantum Neapoli degentes, sed quantum per spatium tempusque licuerat e propriis sedibus evocati, sacris induti vestibus, albis mitris capita velati, post quos longum sacerdotum ordinem disposita serie prospiciebamus. Et ii praeibant funus, quod inter et novum regem erat cubiculariorum maximus, praeferens regis ensem maiestatis et iustitiae insigne, quem eiusdem praecessoris cubicularius itemque maiordomus scipionem reliquique regis officiales super feretrum flebiliter insignia sua deposuerant.

Rex ipse Alphonsus filius, omnium unus, revelato ore, medius inter Neapolitanum Consentinumque praesulem gradiebatur et ipsi decentibus amicti vestibus, albis coronati mitris [2]. Sequebatur Ferdinandus filius nuperrime ex Capuano principe Calabriae dux a patre dictus, cuius latera Venetus et Mediolanus orator ambibat [3]. Deinceps Federicus, germanus regis, similiter oratorum medius incedebat, quem sequebatur ingens nobilium multitudo, qui aulam defuncti mox regis excoluerant, quique in ea officia gesserant, quorum vestigiis insistebat omne reginae famulitium Regni, et Hispaniarum eiusdem comites et ministri ordine postnatorum et amici et asseclae servitiaque pompam honestabant. Demum optimates, decuriones, equites et plebis innumera multitudo, non binatim quemadmodum praecedens alter atratorum ordo, sed pro dignitatis gradu mixtim sectabantur. Ferebatur interea funus inter funalium duo millia aptatis machinulis tabulis perforatis ut maior cereorum numerus per baiulos, qui et ipsi similiter pullati erant, gestari posset feretrumque circumlucerent.

Latum est ea modestia et taciturnitate ut, etsi inter multitudinem omnem inter dextra laevaque arctius obsidentem, quin etiam superne e fenestris podiisque ad spectandum erectis,

---

32. cuius latera *om. P* — 37. alter *om. P*

[1] La seconda moglie del defunto re, sorella di Ferdinando il Cattolico, e la figlia Giovanna, che sposò Ferdinando II d'Aragona. La testimonianza del Carace. è da aggiungersi a quelle riferite dalla SCANDONE, *Le tristi reyne di Napoli* ecc., Arch. stor. per le prov. napolet., cit., XIV (1928), p. 135.

[2] Arcivescovo di Napoli era Alessandro Carafa; di Cosenza Giovan Battista Pinelli.

[3] Oratore di Venezia era Paolo Trevisan "cavaliere chiamato *da la Dreza*", RICCIARDI, *op. cit.*, pp. 10-11. Il MAGISTRETTI parla invece di un Paolo Della Casa, *op. cit.*, p. 689. Oratore di Milano era Antonio Stanga, i dispacci del quale furono utilizzati dal MAGISTRETTI, *op. cit.*, in Arch. stor. Lombardo.

ne vox quidem, ne dicam clamor, aut rixa audiretur, preces tamen et postulationes summissim translato regi expostulantes. Spectabantur autem et cives et peregrini, qui lacrimis et singultibus ne intimis quidem aulicis cedebant.

Funere nondum arce elato, iam Batuentes et religiosorum sacerdotum bona pars ad Divi Dominici, ubi feretrum deponendum erat, pervenerant. Et quando per compita viarumque diverticula arculas, in quibus thura reliquaque id genus adoramenta arderentur, constru'xerant, tantus suscitabatur vapor ut per nubium densitatem iri videretur. Adfuit etiam pompae c. 139 favor coeli; tantam enim aëris serenitatem praestitit ut ne minimo quidem flatu agitaretur cereorum lumen, sed recta coelum peteret, neutroque se flecteret, nec se vibraret.

Meridies iam in vesperem inclinare coeperat, cum funus in templum delatum est sub ingenti lignorum aedificio quatuor turribus angulis totidem erectis; imminebat media illarum maxima, cuius imam partem purpurea auro intexta vestis velabat, sub qua, cum principes feretrum subduxissent, pallium erat; subiacenti cadaveri machina ipsa interim instar arcis (*castellanam* vocant) accensa est ab imo ad summum usque facibus adeo crebris ut flammam credenti similem omni substructioni praeberet. Caeterum ea diligentia et arte locata erant funalia ut nihil praeter se ipsa consumerent, et reliqua intacta inviolataque servarent. Similiter ambitus interioris aedis illustrabatur. Interim caerimoniae regi reddebantur, cum levitarum tunicis candidis vestiti, torres cereosque pro conditione cuique dividebant, nec tamen infimae sortis quis adfuit, qui crasso donaretur cereo, quem ad elevationem hostiae venerandam cuncti accenderent proque regis manibus supplicarent.

Aestuabatur interea et hominum multitudine stipato templo et luminum calefaciente. Rex inter sacra a Pucio Florentino eloquenti et docto viro magnifice laudatus [1] infra tamen merita; iustis itaque non citra multas effusas lacrimas iam peractis, dictaque perpetua regi requie, Alphonsus rex surrexit atque ad officium spatio sumpto, pergens ad parentis corpus venerandum oculis flentibus occubuit, exsurgensque deosculatus est patris dexteram. Similiter et Regni proceres optimatumque plerique fecere, dictoque iterum *Vale perpetuoque quiescas.*

Regrediens novus rex in summo scalorum gradu, ingentem offendit virorum feminarumque multitudinem, partim libellis, partim voce ius beneficiaque petentium, ut qui sibi dari officia muneraque largiri' exposcerent, quos omnes benigne admisit eoque modo habuit c. 140 ut laetos e conspectu dimiserit. Conscendenti itaque equum saepius acclamatum est *Vivat et diu feliciter vivat Rex noster Alphonsus*, quem faustis nequicquam precationibus ad arcem usque ingens populus prosecutus est. Vale.

---

5. quo *P invece di* ubi — 14. *castellanam* vocant *om. P* - accensa est *om. A* — 20. proque regis manibus supplicarent *om. P* — 27. gradu *om. A* — 32. Vale *om. A*

[1] Francesco Pucci, patrizio e canonico fiorentino, carissimo al re ed al principi aragonesi, oratore e poeta assai stimato, e lettore di rettorica nello Studio napoletano, teneva l'ufficio di bibliotecario nella Corte. L'orazione da lui composta e pronunziata per la morte di Ferdinando è andata perduta. E. Percopo, *Nuovi documenti sugli scrittori e gli artisti dei tempi aragonesi*, in Arch. stor. per le prov. nap., XIX (1894), 390 sgg.; S. P. Di Martino, *Intorno a F. Pucci umanista fiorentino a Napoli*, Napoli, 1920; Id., *Le poesie latine edite ed inedite di Francesco Pucci*, Vallo della Lucania, 1923.

III.

ORDINE DA SEGUIRSI DAI CAVALIERI GEROSOLIMITANI NELL'ELEZIONE DEL GRAN MAESTRO DELLA MILIZIA

ORDO SERVANDUS A MILITIBUS HIEROSOLYMITANIS

IN ELECTIONE MAGNI MILITIAE MAGISTRI

PER TRISTANUM CARACCIOLUM [1].

Magister, cum gravi morbo laborat, sigillum et bullae ferreae et argenteae *c. 285* cuneos alicui probo et religioso viro commendat aut tuto in loco reponi curat, ne quis illis abutatur, sed, si id facere negligit, qui senescalliae praest, id eum facere compellit. Post, ipso vita functo, qui ea tenebat, illico ad Consilium ordinarium defert, ubi franguntur ad hoc ut eorum usus penitus pereat.

Celebrata deinde funeris pompa, congregatur Consilium maius, in quo Magisterii locumtenens eligitur, qui rebus praeest, donec praeceptor electionis eligatur; postea de spolio et magisterii statu disponitur et ordinatur. Rebusque compositis, ad electionem se praeparantes, dies electionis indicitur.

Quae cum advenerit, in aurora, ad tintinnabuli sonitum, concio, quam *Assemblcam* vocant, convocatur. Conveniunt itaque Magisterii locumtenens et fratres in ecclesia, ubi, post missae solemnia peracta loco solito, locumtenens ipse praesidet et baiuli, priores, caeterique proceres pro gradus praerogativa ordine consueto sedent. Locumtenens vero, causa congregationis explicata, iubet octo Linguarum fratres separatim congregari, qui, suo quoque ordine accepto, quem illius Linguae fratres cuius est Magisterii locumtenens, qui ultimo procedunt, iurant super habitus crucem in praesentia locumtenentis totiusque Consilii se electuros ex sua quisque Lingua unum e fratribus illic praesentibus probum idoneumque pro electione praeceptoris electionis et trium electionariorum magistri, scilicet milites, cappellani et servientes armorum.

Facta igitur octo fratrum ex singulis Linguis hoc ordine electione, ipsi octo electionarii, reverenter genibus flexis ante vicemgerentem, omni coetu audiente et consciente, tactis sacris Evangeliis, iurant iuste et rite unum fratrem militem e toto conventu, vel ex ipsis octo in praeceptorem electionis electuros. Hoc iuramento adacti, conclavium intrant et praeceptorem electionis eligunt, et sic electum locumtenenti et Consilio nunciant. Electus vero genuflexus coram vicemgerente comparet, iuratque suum munus sincere obiturum'. Eo ipso *c. 286* locumtenens Magisterii officio se abdicat et praeceptor praesidet, coram quo octo electionarii praedicti iterum iurant unum fratrem militem, unum fratrem cappellanum et unum fratrem servientem armorum viros probos idoneos pro tribus electionariis aliorum collegarum electuros. Sed, si praeceptor electionis fuerit ex octo, iurat coram locumtenente antequam magistratu se abdicet.

31-32. electuros *om. nei mss.*

[1] Per il contenuto di questo opuscolo cf. G. Bosio, *Dell'Istoria della Sacra Religione et Illustrissima Militia di San Giovanni Gierosolimitano*, Roma-Napoli, 1621-1684, 2ª impressione.

His completis, octo electionarii conclavium iterum intrant et secreto tres electionarios, militem, cappellanum et servientem eligunt. Quibus electis, praeceptori electionis conventuique nunciant. Horum trium electione facta, octo electionarii magistratu se abdicant.

Tres vero praeceptores electionis adeuntes coram omni conventu, iurant reliquos electionarios Magistri hoc ordine electuros, videlicet quartum ex alia Lingua quam ex suis, qui quartus electus similiter iurat et cum tribus eligentibus ad electionem quinti procedit, et sic deinceps coeteri usque ad numerum sexdecim fratrum per ordinem Linguarum ita ut sint bini ex omni Lingua. Si autem ex aliqua Lingua non sint dum tempore electionis in conventu praesentes, eligunt ex una aliarum Linguarum; licet tamen inter sexdecim electionarios eligere ad plus duos fratres cappellanos et tres armorum servientes, caeteros vero necesse est esse milites, sed ad minus debet esse unus cappellanus et unus serviens. Inter hos sexdecim electionarios miles triumvir, qui ab octo fuit electus, miles electionis vocatur et caeteris praesidet, et inter ipsos sexdecim electionarios electionem Magistri proponit et, ad evitandum suffragiorum paritatem, duobus utitur suffragiis. Ille igitur frater, qui maiorum suffragiorum partem habebit, electus iure censetur.

Postquam autem dicti sexdecim electionarii electi sunt, iussu praeceptoris electionis confessionem sacerdoti peragunt, eucharistiamque devote reverenterque accipiunt ut divina gratia illustrati probiorem virum eligere possint. Mox iurant ante electionis praeceptorem super sanctum Crucis signum unusquisque his verbis: “ Ego N. promitto et iuro per hoc “ sanctissimum Crucis signum ac sancta Dei Evangelia, omni reiecto amore, odio, timore, spe “ praemii ac inordinato affectu, sed in Deum et Dominum nostrum oculos et mentem dirigens “ et ad religionis nostrae decus et commodum, eligere in magistratum Hospitalis Hierosolymitani unum fratrem legitimo matrimonio natum, probum ac Magisterii capacem et ita “ iuro etc. „.

Hoc iuramenti ordine rite peracto, praeceptor electionis caeterique ex omni conventu milites super sui quisque habitus crucem iurant se pro magistro habituros illum, qui sexdecim electionariorum maiori suffragiorum parte electus fuerit. Quo sacramento peracto, sexdecim electionarii neminem alloquentes illico conclave ingrediuntur et disputantes de moribus candidatorum, quot ex eis proponuntur, tot pixides capiunt, et pro cuiusque arbitrio pillulas, quas ballottas vocant, in illis ponunt cuius in pixide maior est votorum pars. Ille iure Magister declarabitur a milite electionario.[1]

c. 287

Ordinis Hierosolymitanorum equitum dignitates

Linguae Provinciae Narbonae

Magnus praeceptor seu Commendatarius
Prior Sancti Aegidii
Prior Tolosae
Baiulus Capitularis Manoastrae

Linguae Alverniae

Marescalcus
Prior Alverniae
Baiulus olim Lureil, hodie Sancti Georgii Lugdunensis

Linguae Franciae

Hospitalarius
Prior Franciae

---

1. iterum *om. A* — 2. Qui tres electi *A*

Prior Aquitaniae
Prior Campaniae
Baiulus Capitularis Moreae

Linguae Italiae

Admiratus
Prior Urbis Romae
Prior Lombardiae
Prior Venetiarum
Prior Pisarum
Prior Baroli
Prior Messanae
Prior Capuae
Baiulus Sanctae Euphemiae
Baiulus Sancti Stephani prope Monopolim
Baiulus Sancti Joannis Baptistae Neapolis quem vulgo *Priorem* dicunt

Linguae Aragoniae

Drapperius
Castellanus Empostorum
Prior Cataloniae
Prior Navarrae
Baiuli Capitulares Maioricarum

Linguae Angliae

Turcupilerius
Prior Angliae
Prior Hyberniae
Baiulus Capitularis Aquilae

Linguae Alemaniae

Magnus Baiulus
Prior Alemaniae
Prior Bohemiae
Prior Hungariae
Prior Datiae
Baiulus Capitularis de Brandeburg

Linguae Castellae, Legionis et Portugalliae

Cancellarius
Prior Castellae et Legionis
Prior Portugalliae.

16. *A om. le "dignità" della Lingua d'Aragona.*

IV.

DISCORSO AD ALFONSO [D'ARAGONA] IL GIOVANE

ORATIO AD ALPHONSUM IUNIOREM[1].

Avus tuus praenomine isto, inclite Alphonse, spes Regni, primus ex Hispanorum regum familia ad nos moderandos accessit, aetate iam grandiori, quadragesimum enim et sextum agebat annum, ea comitatus manu, quae talem principem et tantum molientem bellum decebat, cuius tandem post multos exantlatos labores et superata discrimina victor evasit, quosque vicerat satis benigne clementerque habuit, et cum aliquorum perfidiam ac protervitatem belli dure ulcisci potuisset, maluit se tamen regalis clementiae memorem, quam iniuriarum praestare, itaque neminem vita privavit, paucos dumtaxat dum Regnum penitus pacaretur servari et custodiri iussit, plerosque etiam omnes suas fortunas libere possidere et uti voluit. Hic tamen tam clemens munificusque princeps nequaquam ea charitate et munificentia in nos uti voluit, quam prisci nativi nostri reges nobis consuluerant, quaque nos indigebamus, cuius quidem beneficia a nobis gratissime accepta sunt, gratiasque illi ingentes habuimus, eiusque nomen praedicamus. c. 58

Quod autem non aeque nobis se indulserit et consuluerit, ut illi qui apud nos geniti non tantum regum munera obierant, sed parentum, fratrum, filiorumque amicitiam exercuerant, externitati avi tui invicti principis adscripsimus, quippe qui aliunde advenerat, et nostrorum nonnullis et suis, qui propriis sumptibus ac discriminibus eum secuti ad obtinendum Regnum non parum contulerant, ut se gratum redderet, illos opibus, magistratibus, honoribus auxisse et merito superasse regium ducebat, eoque factum est ut minus fortunarum nobis elargiri potuerit. Educatio enim a primis annis, coelumque idem haustum in lucem edito, morumque consuetudo, quae illi communia cum suis conterraneis fuerant, ut se secretioraque sua non aeque nobis impartiverit occasiones attulere. Haec igitur reputantes necessitatem potius, quam naturam illius gratiae taxare voluimus, utque ab optimo principe nobis benigne impetratum fuisse ipsi Alphonso gratias agentes fatemur[2].

---

[1] La benedizione di Alfonso II ebbe luogo lo stesso giorno della morte del padre, il 25 gennaio 1494, nella Cattedrale napoletana per mano dell'arcivescovo Alessandro Carafa (NOTAR GIACOMO, p. 179). Il 1 marzo nella Sala grande di Castel Nuovo gli fu prestato omaggio dai Signori del Regno e dai sindaci e deputati delle città e terre del medesimo (*ivi*, p. 180). La coronazione avvenne nella suddetta Cattedrale l'8 maggio successivo (*ivi*, p. 181 e cf. SUMMONTE, III, 482 sgg.). Il Persico (*Scrittori politici napoletani*, Napoli, 1912), pensa che l'orazione fu pronunziata quando si svolse la cerimonia dell'omaggio, poichè il Summonte, che descrive largamente l'incoronazione, non ne fa motto. D'altra parte il discorso in questa circostanza fu tenuto, da Giovanni Albino. Per l'incoronazione di Alfonso II cf. anche G. GALLO, *Diurnali*, con prefazione e note di SCIPIONE VOLPICELLA, Napoli, 1846, p. 7; JOHANNIS BURCHARDI, *Diarium*, par L. THUASNE, Paris, 1884, II, 154 sg.; G. PASSARO, 60-61; E. PÈRCOPO, *Coronazione di Alfonso II d'Aragona* in Arch. stor. per le prov. nap., XIV (1889), 140-143.

[2] Alfonso I non potè spiegare verso i Napoletani la generosità e la munificenza, che gli antichi sovrani "nativi" avevano usata con loro, a causa dell'obbligo

Huic per sexdecim annos iuste magnificeque regnum administranti, christianeque decedenti' c. 59 successit praefata veneratione pater tuus Ferdinandus, quem pater ad se puerum inter bellandum evocaverat. Hic etsi nobiscum ab ineunte adolescentia educatus, tamen ministris hispanis, hispanoque morum et adolescentiae moderatore, non penitus illorum mores exuere potuit cum ad patriae nativiqui soli ingenium inclinaret. Itaque non multum et societas nobilium iuvenum, qui obsequio illi praesto affuere, nec hi, a quibus ad summam tractandorum armorum peritiam institutus est, profecerunt, quin etiam blandissimi nostrae civitatis mores, perpetuaque dominatus expectatio, ad quam pater maximorum Regni procerum affinitatibus eum praemunierat, nec non filiorum tam egregia proles, quorum tu, princeps, nomen eius in primis per orbem terrarum clarius reddidisti, ut omnino nostrorum se praebere dicique vellet efficere potuere, sed in omni vita omnique iure domi forisque, magnum quid aut parvum acturus, adesse quempiam ex suis hispanis summopere optabat [1].

Cuncta tamen quae in avo patreque tuo desideravimus, uno beneficio instaurantur, quando te nobis genuerunt, regemque reliquerunt, et quod natura et educatione nobis inhibente ablatum est, eadem illa te nobis in lucem edente maximo cum auctario cumulatius data speramus.

Haec pauca de his quae ad praesentem rem pertinebant, sufficiant, ne gesta magnifica illorumque laudes ruditate dicendi et infantia attenuemus, grandiori stylo dignaeque facundiae relinquentes. Te igitur, Alphonse, ad quem spes omnis devoluta est, oramus ut quicquam maiores tui pater avusque in nos magnificentiae, liberalitatis iustitiaeque demonstrarunt, plura addendo consumes. Haec non magis nos precari, quam praestari sunt qui velint; ortus ipse tuus apud nos cunctis optatissimus a Ladislao rege, qui hic natus nobiscumque altus ideoque ob mutuam charitatem " rex neapolitanus „ vulgo appellatus, singularis extitit, ab illoque nemo qui nobis regnaturus esset primum nostrum hunc aërem hausit, te praeter, qui non magis patris fuisti, quam noster esses, vagitus apud nos primos edidisti, balbutire sermonisque rudimenta didicisti, teque tam laete crepundiis alludentem populi tui viderunt, ut spem incrementi quietis et gloriae huius Regni haud dubie praesumerent. Cum ergo Dei summi nutu patrisque tui christiano felicique decessu Regni gubernacula ad te, tanto honori non imparem, non modo ad id praesenti statu firmandum, sed ampliandum, honestandumque devenerint, hac etiam ex parte felicem patrem tuum esse censemus [2].

c. 60 His igitur' freti te, Alphonse, regem salutamus, colimus et veneramus, nihilominus natalis, educatio indolesque tua, charitas in te omnium nostra te communem parentem, te fratrem, te filium appellare et amplexari suadent, nullam relaturi repulsam adimus, nihil indignum tuis auribus et nostris meritis deposcentes, potiusque pristinum servantes morem exorandi auspicantes reges, quam maiestati tuae quid agendum demonstrare, aut quid probe ut beneagas hortari.

Callebas enim apprime et princeps iuventutis, cuius locum apud nos Calabriae dux tenebas, veneranda sacra caerimoniasque Jesu Redemptoris observatione, ea igitur sanctiora

---

di gratitudine a cui era tenuto verso coloro che lo avevano seguito e aiutato nella conquista del Regno. Inoltre egli, nato in Ispagna, cresciuto in Ispagna e abituato al vivere spagnuolo si servì dei suoi conterranei, anzichè dei regnicoli.

[1] Ferrante, sebbene fosse venuto in Napoli fanciullo e si fosse imparentato con signori napoletani e circondato di nobili regnicoli, non potè rinunziare all'attaccamento per alcuni Spagnuoli rimasti alla sua corte.

[2] Alfonso italiano anche di nascita, che ha avuto un regno da consolidare e da ampliare, conosciuto e amato dai Napoletani fin dalla culla, può e deve meglio di tutti provvedere alle sue sorti. I doveri verso Iddio e verso il prossimo, la maestà del culto divino e l'assistenza alle vedove e agli orfani, la cura scrupolosa perchè i magistrati giudichino con coscienza e il costume seguito dal nuovo sovrano, quando era vicario del Regno, di assistere personalmente ai giudizi e di richiamare a sè alcuni processi per conoscerli meglio, questi tratti ed altri, osserva il PERSICO, *op. cit.*, p. 97, offrono l'immagine di un sovrano attivo e vigilante e provano nel loro complesso che si scosta alquanto dal vero quell'Alfonso tutto crudeltà, tutto ingordigia, sprezzatore del divino e dell'umano, che gli storici nemici del nome aragonese, e più di tutti il Commines, han fatto a gara a rappresentarci. Cf. anche N. F. FARAGLIA in Archivio Storico Italiano, IV Serie, tomo XIII (1884), 110-113 recens. delle *Effemeridi* del LEOSTELLO.

futura, te rege, speramus. Viduarum, pupillorum, captivorum, quorum tu legitimus tutor es, miserias subleva, quod aures huiusmodi hominibus exhibendo, oculosque ab ipsis eorumque precationibus non avertens, sed quae spectas curans facile praestabis natura te et educatione ducentibus. Iurisdictionem, quam vivo patre tam accurate a praesidentibus integreque semper fieri voluisti, ut saepe iudiciis interesses, saepiusque deferenda iudicia tibi noscenda servares, propensiori diligentia princeps quam vicarius perages, quando et auctoritas tibi nunc maior adest et regii officii ratio sic postulat. Neve populum tibi commissum a potentioribus dilaniari permittas, vel a iudicibus litium tam multiplicibus, doloseque argutiis et calumniis prolaturis, adeo ut saepe fortunas, aetatem et vitam denique ipsam consumant, antequam controversia componi possit.

Neque haec quidem satis cavisse putabis, cum et spectatis viris iusdicendi et tuendi officium delegaveris; te intellexerint attentiori vigilia id observare, perquam comperto habeant reddituros gestorum rationem praemiaque aut supplicia bene aut secus administratores omnino relaturos. Hoc idem a Regni proceribus suae potestati obnoxiis, quos praedecessores tui eorum fidei credidere, praestari curaveris. Tu enim praesides et consulere debes alteris ut bene integreque imperent, alteris ut modeste obsequenterque pareant, sic et quietem et negotiandi facultatem agendique res suas liberam subditi habeant et barones honorificentiam et unde laute magnificeque vivere tibique digne adesse possint assequentur. Itinerum viarumque securitatem per tuos milites centurionesque custodientes loca nobis condonari rogamus ut ire viatores et redire solitis mercibus onerati, pecuniis solliciti interdiu noctuque ubi lassitudo aut umbra provocarit' tuti se sternere, somnumque capere ac refici possint; bene c. 61 profecto dicent, optabuntque tibi cum experrecti se incolumes resque suas salvas tua vigilantia ostenderint.

Magnum etiam Regno huic tuo beneficium praestabis, vectigalium moderato levamine; sic enim saepius et abundantius merces advehi exportarique videbis, Regnumque ipsum rerum copia et mercantium frequentia per tuam liberalitatem repleri, maximeque tibi laudi fuerit, dispendio minimo aliquid vectigalium dempsisse, quo longe plura et adventus commutabit, crebriores reditus praebiturus. Ad hoc pontes, navalia vetera instaurare, nova ponere maximo tuorum emolumento et nomine facere videbis, praecipue "molem" hanc neapolitanam, quam tanto sumptu Alphonsus avus tuus Ferdinandusque pater, advocatis undique peritis architectis structoribusque experientia notis re, forma et aggere et quantum res humanae patiuntur perpetuam esse voluerunt, quam maris edacitas semper erodit et diruit, atque ideo continuo indiget fulci ad gloriam tuam et utilitatem nostram. Cuius maxima pars in te redundat, si in his rebus militari scilicet ac aedificatoria perstiteris, utraque enim regiam auctoritatem et auget et tuetur, fiscique reditus inter nobilium corpus artificumque distribuit, quotus enim quisque est qui aut militaris salarii expers sit aut aedificandi mercede vacetur.

Itaque ipsum aes quod vectigalia reddunt non suffodis, sed militibus opificibusque distribuis, tibi solum benevolentia in te omnium magnificorumque operum gloriam superat, occasionemque praebuisse qua commodius maiorique animorum promptitudine deinceps proventus tui solvantur, dum noscitur quod solvendum est per manus iterum atque iterum reparatum iri, atque ita nunc praebendo, nunc accipiendo liberaliter vivitur. Equitibus praeterea peditibusque tuis, si iusta stipendia tempestive solveris, ab omni rapina, furto, licentiori denique libidine eorum animos evocaveris, sin dicto tuo audientes non erunt, severa animi adversione plectantur: experimento enim noscitur quod historia omnis attestatur, militarem disciplinam non minus oboedientia, quam fortitudine contineri. Sitque etiam documento quanta censura maiores illi custoderint, ne licentia militum ducum imperata perverteret, tametsi id utiliter patrari videretur. Stetisse hac disciplina maiestatem populi Romani et licentia corruisse satis constat, cum audacia creandorum principum exercitus provecti per se alibi quam Romae illos eligi posse experti sunt, quo diversarum quoque provinciarum' populi Romani legiones c. 62 concurrerunt, ut princeps a se electus, caeteris gentibus et ipsi denique populo Romano im-

peraret. Excidium hoc ultimum imperii fuisse manifestius esse, quam dici a me oporteat.

Tu quoque prae caeteris tuae aetatis ducibus abstinentissimum militem ductare consuevisti, principesque et proceres Regni dignitatibus copiisque auctos circa te conspici gloriosum profecto et utile tibi pro comperto habeas. Quid enim magnificentius rege regulorum multitudine vallato? Quid utilius quam sub se habere duces armorum peritissimos, bellorum experientia consultos, callentes moderamina populorum, qui ex tuo dominio et paci et bello tibi fideliter, ut debent, praeesse valeant? Eo modo externis nullo in officio indigebis et sic et tutum pariter et formidabilem praestabis. Et quoniam huic civitati nostrae immo tuae, utpote in toto Regno maxime regieque aptissimae praesidere assuevistis, eique non parum deferre, par est nos gratos esse vestrae utentes liberalitatis beneficio. Ea igitur mente, qua principibus potissimum a fidelibus suis, itemque pro amicis fidem versantibus supplicatur, te enixe rogamus ut spem, quam de te sumpsimus, pro debito reposcamus, ut omnibus Regni tui ordinibus maximis, mediocribus, infimis pro conditione, gradu et fortuna cuiusque consulas, remque militarem tibi congenitam colas. Huius enim praecipue nostrae civitatis peculiaris princeps diceris, cum eius tam ingentem iuventutem, ut ita dixerim, cum isti rei ratam instruxeris, semper et exercueris, et unde in ea generose versari posset daptiliter somministrari curabis. Ita armis instructus non modo tuae sed pleraeque Italiae quietis causa exsistes; cum te iustarum partium fautorem validum noverint, continebis quosque suis finibus, nullis te inspectum reddes sed tamen omnibus reverendum, paratusque eris finibus propulsare quantasvis iniurias a quibuscumque illatas, omnique studio curabis, ut tecum Sacra Sedes Romana conveniat.

c. 63 Quanta autem gravi id ratione fiet temporis occasio servatorumque tuorum te' prudentia admonebit, dum tamen memineris continuis experimentis hanc Sedem esse aditum regum infestamque Regno calamitates afferre, sicuti propitiam, felicem ocii ac pacis tranquillitatem. Memor etiam sis arma iusta sumere, non ad alicuius iniurias, sed ad iustorum tutelam, malorumque exactiones, erisque praeterea non hortator modo idoneus adversus barbaros tam licenter perpetueque Christi nomen impetentes, sed, si res postulet, dux etiam promptissimus. Atque hoc in animum inducas tuum quandocumque Christiana religio in barbaros arma motura sit, forte ut omnium consensu, nisi a te denegeveris expectationemque tui frustatus sis, expeditionis ad te summa deferatur. Consideres postremo necesse est regium nomen, non nisi sollicitudini et labori esse commissum ut gloriosum servetur, spurcari autem maxime ocio et desidia non sine ingenti regis turpitudine atque incomodo evenire solet, nec minori periculo fortunarum et vitae eorum omnium, qui eius curae atque solertiae crediti sunt.

Haec ad te potius ut delegato muneri non deessem, quam qui necessaria putarem me fateor dixisse, cum probe norim omnia per te exactissime teneri, ut sperem reposcenti promptissime praestaturum. Vale ergo et qualem te natura genuit, educatio instituit, augendo serva, conareque ex bono hactenus Duce in Regem optimum evadere.

V.

FRAMMENTO DELLA VITA DI GIOVANNI PONTANO

SCRITTA DA TRISTANO CARACCIOLO

[PRECEDE LA PREFAZIONE DI ROBERTO DE SARNO]

PREFAZIONE DI ROBERTO DE SARNO

ALLA VITA DI GIOVANNI PONTANO DI TRISTANO CARACCIOLO

Recepi initio huius libelli pag. I me typis daturum breve hoc litterarum monumentum inscriptum *Joannis Pontani Vitae pars* etc., quod nunc sane praesto et quid de eo sentiendum sit aperiam [1]. Illud sibi curavit parens meus in patriarum rerum studio conquirendarum nemini secundus careque servat, neque mihi parvo adiumento fuit ut tanti viri vitam conscriberem. Nihil dubii est quin negotium σύγχρονον habendum, cum auctor ipse id testetur palam, at fetum esse Tristani is continuo haud neget, qui caetera, quae Caracciolus scripserat, nunquam perlegit, cuius dicendi stylus sat limatior est et cultior [2]. Si vero in nominibus propriis semel aut iterum oberrat, id acceptum lubens referam exscribentium incuriae, atque, si praeposterus aliquando est ordo historiae, quivis animadvertit in epistolis non semper servari, at de utraque culpa in adnotationibus te admonitum scias. Orthographiam, sive formulam recte scribendi, atque distinctionum signa ubique incustodita indolui, quae oscitanti librario tribuenda, hinc restituenda curatum est. Ceterum mihi gaudeo quod hanc epistolam antehac ineditam praelo subiiciam harumque rerum cultores aequi bonique facturos reor.

---

[1] *Joannis Joviani Pontani Vita* auctore Roberto De Sarno Congregationis Oratorii Neapolitani Presbytero, Neapoli MDCCLXI, p. 1, n. a. Tratta dal manoscritto esistente nella biblioteca del marchese Matteo De Sarno, padre del biografo.

[2] A torto il primo editore dubitò che il frammento fosse opera del Caracc.. È invece proprio suo e lo stile, in cui è scritto, non differisce da quello degli altri opuscoli.

JOANNIS PONTANI VITAE BREVIS PARS

PER TRISTANUM CARACCIOLUM DESCRIPTA

Quis Joannes Pontanus fuerit, qui postea versus occasione Jovianum se dici maluit, cum *c. 166* primum ad nos accesserit, scire ex me desideras: provectum iam et honestis muneribus fungentem, in scientiisque et doctrina magnum, postque vero obitum maximum per te nosti [1], cum charitas diligentiaque amicorum in operibus eius imprimendis ea fuerit, ut non modo quae ipse ediderat, sed longe plura hactenus ignorata, eorum labor et industria orbi omni latina gaudenti lingua legenda acceptàndaque in auctoris gloriam disseminaverint. Ego enim ingenue fateor de tanto viro plura quam tu per aetatem nosse, sed eaque [2] magnitudo doctrinae vitaeque sequentis integritas ut recordaremur effecit. Quippe longe quidem Pontani clariora principia mox secuta ignavia obliteravit, etenim Romanas columnas [3], arcus triumphales praetoriaque marmorea nobis noscendas dederunt.

Venit ergo ad nos paene adolescens tenuissima in re a Perusio, ubi exul rudimenta literarum didicerat; nam Ponto patria [4], unde Pontanus, in qua propter civiles discordias pater occiderat, diligentia matris ab adversae factionis saevitia ereptus Perusio delituerat [5]. Accessit ergo Alphonso Aragonio rege primo spe ut in aula tanti principis se augeret, quam et sua virtus doctorumque amicitia non vanam fecerunt, nam ex quo appulit, noscendum se literarum amatoribus et qui suffragari possent dedit [6].

Erat tunc in primis Antonius Panhormita regis historiarum moralisque philosophiae magister, qui doctissimus cum haberetur, doctos etiam alere et provehere nitebatur. Hic, cum Pontani indole et moribus maximeque nugis et versiculis, in quibus quantus futurus esset ostendebat, delectaretur, crebroque de illo deque illius ingenio apud amicos mentionem faceret, evenit ut Julius Fortis [7] acciperet, vir quidem dapsilis et beneficus (erat enim Fisci rationibus praepositus) et, cum esset siculus eiusdemque Antonii conterraneus, libenter illi credebat. Cuius persuasione accersitum ad se Pontanum veste honestiori victuque suae

---

[1] Nel cod. A si legge *nosti*: il De S. lesse *nosci* e suppose che mancasse il verbo al modo finito.

[2] *Eaque*, correzione proposta dal De S. in luogo di *ea quae* esistente nei mss.

[3] *Columnas*, correzione proposta dal De S.: nei codd. si leggeva *casulas*.

[4] Il Pontano nacque a Rocca di Ponte il 7 maggio 1426. La testimonianza del Caracc. è preziosa per determinare il vero luogo di nascita del poeta (che non fu Cerreto, come da molti si ritiene) e il De S. a torto la pose in dubbio.

[5] Giacomo Pontano, padre del poeta, uomo d'armi e di parte, ardito ed eloquente, morì prematuramente in una delle sommosse cittadine provocate da lui e dai seguaci. Dopo la sua morte la madre di Giovanni credette opportuno trasferirsi a Perugia col figlio, le figlie, la sorella e la genitrice. La città era retta allora da Braccio Fortebracci.

[6] Il Pontano entrò al seguito di Alfonso d'Aragona nel 1447, anno in cui il re passò per l'Umbria diretto in Toscana a combattervi i Fiorentini alleati dei Veneziani.

[7] Giulio Forte di Messina, capo della Regia Tesoreria, persona colta e amante della poesia e dei poeti, al quale il Panormita raccomandò il giovane umbro, lo protesse ed accolse in casa sua, amorosamente assistendolo in una grave malattia da lui sofferta poco dopo l'arrivo a Napoli.

mensae liberaliori aliquamdiu penes se detinuit, indeque Pontani nomen, utpote clari ingenii, celebrari coepit.

Ituroque Panhormitae oratori ad Venetos commodum visum est Pontanum secum ducere, qui omne per iter talem se pertulit qualem postea cognovimus, praecipue tamen Florentiae, ubi Cosmus Medices, vir sagax et longa aetate et experientia peritus, de eo iudicium praetulerit [1]. Forte enim, auditis quibusdam nugis a Pontano in Venetos editis, dixerit, si vita
c. 167 permiserit, illustrem illum eloquentia' et doctrina futurum.

Reversus ergo a legatione cum oratore, apud quem reliquumque comitatum eum se gesserat, ut carum amandumque omnibus se praebuerit, et quocumque ibat, neminem doctorum insalutatum relinquebat, spem de se, quam postea praestitit, ubique seponens.

Tot igitur suffragantibus meritis, tempestivum visum est amicis, quos non paucos, nec infimae sortis homines, sibi comparaverat, maioribus illum admovere negotiis. Itaque in contubernium maximi [2] ab epistolis assisti curarunt. Erat enim tunc Antonius Ulcinius Celtiber longa aetate sui muneris callentissimus regique percarus. Hic, inspecta Pontani facie auditoque sermone, benignissime admisit, moxque rescriptiones epistolarum, aliaque illi ministerio decentia iniungere perseveravit, quae eo modo exequebatur, ut perpauci a Scribarum collegio illum praeirent, multos quoque in eodem officio antiquiores ipse praeverteret.

Interea ad quod natura eum edidisse cognoscitur, omne tempus, quo ab epistolarum munere vacare dabatur, scribendo insumebat, carminum praecipue omne genus prosasque etiam summa laude pertractans.

Et iam cum admiratione audientium audiri celebrarique coeperat. Confluebantque ad eum privato aliquo in loco poetas historicosque enarrantem plerique decuriones et nobilitatis principes viri. Cuius morum et doctrinae fama ad Alphonsum regem cum pervenisset, bene consulere Domino Joanni Navario [3] ex fratre nepoti visum est, si virum talem insignem moribus probatum ad illum instruendum informandumque aptaret. Ibi, etsi maiori in administratione, eumdem se gessit, qui solitus fuerat, qui erat et iuvenis [4]; et omnis familiae curam gerebat Petrus Torilla [5] vir severus et sui, ut aiunt, capitis, cum quo et reliqua familia ita Pontanus degit, ut non modo amaretur, sed et cui plurimum deferretur. Quoad, defuncto Alphonso rege, Joannem Navarium ad patrem in Celtiberia morantem redire oportuit. Inde ad epistolarum officium, quod interim non penitus deseruerat, remeans, adeo attente studioseque agere coepit, ut in pretio haberi coeperint privilegia et epistolae illius dictatae ingenio et scriptae manu. In eo ministerio in adventum Hippolytae Mariae Calabriae Ducis scribarum inter primos perseveraverit, ubi ab Antonello Petrucio a secretis principis multum illi delatum est, et rebus sensum et eloquentiam poscentibus demandatum [6].

Haec meditans uxorem ducere in animum induxit, a quo hactenus abhorruerat. Poscen-

---

[1] Il Pontano seguì il Panormita nella legazione intrapresa nell'Italia settentrionale il 22 gennaio 1450. Di ritorno dalla medesima, e propriamente nel settembre del 1451, avvenne l'incontro con Cosimo de' Medici, di cui c'informa soltanto il Caracc. fra coloro che hanno scritto del poeta.

[2] Il De S. lesse *Maximi*, ma un personaggio di tal nome è affatto sconosciuto nella Cancelleria aragonese di quel tempo. Trattasi invece del " capo supremo " della Segreteria Reale, che era Giovanni Olzina. Il Caracc. erra qui nel chiamarlo " Antonio ", mentre ne conosceva bene il nome (cfr. p. 97), ma il suo editore sbaglia di grosso nello scambiare *Maximi*, per un nome proprio!

[3] Don Giovanni di Aragona era figlio illegittimo di Giovanni di Navarra, fratello di re Alfonso. Si avviò alla carriera ecclesiastica e dal 1460 al 1475 fu arcivescovo di Saragozza. Il discepolo del Pontano fu lui e non, come credette il De S., Carlo di Viana, il quale, quando venne a Napoli nel 1457, contava 36 o 37 anni. Don Giovanni rimase nel Regno sino a dopo la morte di re Alfonso (1458). Il Pontano lo ebbe caro e per lui scrisse il *De divinis laudibus*.

[4] *Qui solitus fuerat, qui erat et iuvenis*, opportuna correzione del De S. in luogo della lezione errata *quem solitus fuerat, erat qui et iuvenis*, esistente nei mss.

[5] Pietro Torilla, o Pere Torellas, tutore del giovane prelato spagnuolo, era il poeta, che lodò Lucrezia d'Alagno. Ne parla il Croce, *La Corte Spagnuola di Alfonso d'Aragona in Napoli* in *La Spagna nella Vita italiana durante la Rinascenza*, Bari, 1917, p. 48 e cf. Nuova Antologia, 1° settembre 1915 e Arch. stor. per le prov. napol., XL, 605-608.

[6] Il Petrucci successe all'Olzina nell'ufficio di capo della Regia Segreteria e il Pontano fu alla sua dipendenza.

tibusque[1] amicis cur, quod diu obstinate obnuerat, nunc tam repente aggrederetur, respondit c. 165
ne iterum sub cura Joannis (puer is erat quem alebat)[1] aegrotaret. Duxit autem Adrianam Saxonam forma et honestate egregiam[2].

Approbaverat enim Alphonsus rex mores et doctrinam, quae in contubernio Navarii nepotis olim Pontanus servaverat. . Cuius nutu Ferdinandus filius ab epistolis et comitem Hippolytae Mariae nurui, utpote iam probatum virum, adscribere curavit[3]. Ibi ut officio auctus, ita se solito maiorem ostendit.

Ecce perduxi tibi hominem ab iis, quae forsan per actatem ignorabas. Deinceps omne aevum per te bene tenere reor. Et quemadmodum maximus a secretis, in rebus bellicis consultor, oratorque ad principes, denique et paterfamilias extiterit, moribus et ea familiaritate, qua tecum vixit, notissimum esse non ambigimus.

---

[1] Il Giovanni, a cui il Pontano affidò sè e la casa sua, e per il quale si ammalò, era Giovanni Samuele, detto "del Pontano", nativo di Sala in Lucania. A lui il poeta concesse la facoltà di aggiungere al suo il proprio cognome e fece dare gli uffici di credenziere della dogana di Lecce (1483), di conservatore dei Registri reali (1485) e di regio Scrivano e Mastrod'atti in Pozzuoli e in Sala (1487). Sul Samuele v. Arch. stor. per le prov. nap., XIV (1889), 785 sgg..

[2] Adriana Sassone sposata dal Pontano il 31 gennaio 1462 apparteneva a nobile famiglia napoletana del Seggio di Portanova.

[3] Il Pontano divenne segretario di Ippolita Sforza, duchessa di Calabria, dopo la morte di Baldo Martorello nel febbraio 1475 e rimase in tale ufficio sino al 1482.